This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANTIQUÆ LITERATURÆ

SEPTENTRIONALIS

LIBER ALTER.

SEU

HUMPHREDI WANLEII

Librorum *Vett.* Septentrionalium, qui in *Angliæ* Bibliothecis extant, nec non multorum *Vett.* Codd. Septentrionalium alibi extantium Catalogus Hiſtorico-Criticus, cum totius Theſauri Linguarum Septentrionalium ſex Indicibus.



BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

OXONIÆ,

E THEATRO SHELDONIANO, *An. Dom.* MDCCV.

Digitized by Google

Digitized by Google

AD

Ampliſſimum & Illuſtriſſimum Virum

ROBERTUM HARLEY

ARMIGERUM,

Sereniſſimæ ANNÆ Reginæ à Sanctioribus Conciliis, & Epiſtolis,

DOM. COMM. III°. Oratorem,

De Librorum Veterum Septentrionalium, qui in *Angliæ* Bibliothecis extant, Catalogo Hiſtorico-Critico

HUMFREDI WANLEII Præfatio.

QUANQUAM ex claræ exiſtimationis hominibus, qui tum *Oxoniæ*, tum *Londini* bene mihi fecerunt, neminem plane, cui tantum quantum Tibi debeam, memorare habeo; non tamen ſingularia illa beneficia, quibus de me optime meruiſti, ſed præclara Tua in Remp. Literariam merita ſummâ cum Eruditione & Humanitate conjuncta fecerunt, ut Præfationem hanc ad Te doctorum facile Principem ſcriberem, quem ſolum dignum judicavi, qui Lectorum perſonas in illa ſuſtineres omnium, qui literas Saxonicas perinde ac Tu colentes, Catalogum noſtrum diligenter verſaturi ſunt. Etenim Tui ſimiles Lectores, Vir Celeberrime, & expectat, & poſtulat Catalogus noſter, ſcilicet Philo-Saxones, quos Patriarum Antiquitatum ſcientia delectat, & *Angliæ* tum *Saxonicæ*, tum *Danicæ*, quidni dicam & *Normannicæ* Hiſtorias pervolvere, Mores cognoſcere, Leges & Conſuetudines diſcere, Codiceſque MSS. undique comparare juvat, & qui Linguas Linguarumque Dialectos, quibus loquentes, ſcribentéſve Majores noſtri in omni tempore uſi ſunt, gaudent eſſe inſtauratas. Adde quod Bibliothecæ *Cottonianæ* Gaza, (quæ Codicibus, quos ſcripſerunt, repleta eſt) Senatus-Conſulto in Fidem & Tutelam Tibi cum aliis Viris Illuſtriſſimis commiſſa & mandata eſt, quem ab Anglo-Saxonibus genus ducere Gentis veſtræ & Nomen & Monumenta oſtendunt. Quamobrem, è *Mæcenatum* numero, qui ob Ingenium, Doctrinam, & Liberalitatem apud nos inclareſcunt, Te ſeligere placuit, apud quem in Præfatione differere poſſem de Ratione ſive Methodo, qua in ſcribendo hoc Catalogo uſus ſum; neque quo minus id faciendum putarem Publicarum Rerum Conſideratio, quæ tempus tuum vendicant, impedire me potuit, qui ſcirem Te pro more Tuo nonnullas horas vel è ſomno eripere ſolere, quas Reipub. Curis ſolutus, nocturnis Lectionibus poſſes inſumere. Præterea, gratum Tibi fore quod hac de re ſcriberem ex eo non potui quin ſperarem, quod haud minimam partem Catalogi noſtri non ita pridem ante perlegere voluiſti, quam integrum opus, quod jam tandem ſe publico offert, ex prælo poterat prodire.

In illo autem texendo nihil non facere inſtitui, quod non meo ſolum, ſed Doctiſſimi viri D. G. HICKESII judicio MSS. codicum Catalogum ſtudioſo Lectori utilem ſimul & jucundum reddere poſſet.

Primò igitur *Notas Numeroſque* quibus Codicum Loci in Bibliothecis deſignantur à me deſcribendos judicavi, ut curioſus Lector iis tanquam *Ariadnæo* filo ductus hos facilius adiret. *Ex. gr.* in prima Catalogi pagina NE. F. 4. 11. denotat *Bibliothecæ Bodleianæ* plagam, plagæque partem, partiſque pluteum, pluteique locum, in quo Homiliarum Sax. Codex iſte ita deſignatus ſervatur.

Digitized by Google

Secundò, Veteres Codicum Inſcriptiones mutare mihi ſemper religio fuit. De quo monendum Lectorem cenſui, ut ſciret, ex. gr. Epigraphen iſtam INCIPIT LIBER CATHOLICORVM SERMONVM, quam in prima Catalogi pagina cernere eſt, & id genus alias, non meam eſſe, ſed illius, qui Codicem ſcripſit vel exſcripſit.

Tertiò, deſcriptis Codicum Epigraphis, & Exordia illorum deſcribenda putavi, propterea quod diverſi Codices de diverſis materiis tractantes, eandem nonnunquam præ ſe ferunt *Rubricam*, ſive Inſcriptionem. Eam etiam ob cauſam & extremas Tractatuum clauſulas me deſcribere oportere cenſui, quod in Bibliothecis multæ extant Saxonicæ Homiliæ, *&c.* quæ etſi iiſdem Inſcriptionibus notabiles ſunt, & ab iiſdem plane verbis vel periodis ordiantur, diverſis tamen exeunt. Quod ex hoc plane evenit; nunc quod hujuſmodi Sermonum, *&c.* alii aliorum quaſi compendia ſunt; nunc quod eorum alii aliis longius protrahuntur. Præſcire etiam velim Lectorem in verſandis MSS. minus exercitatum, in denotandis Codicum & Tractatuum initiis & finibus, vocibus iſtis INCIPIT & EXPLICIT à Librorum veterum Scriptoribus & Exſcriptoribus uſitatis, me quoque, antiquum morem ſequutum, uſum fuiſſe. Et cum progrediente Catalogo Lectorem ab alia Homilia ad aliam ejuſdem Epigraphes remitto, his ſcilicet verbis *vide ſupra*, intelligi volo ſuperiorem Codicem, ad quem Lector remittitur, inferioris, à quo remittitur, finem continere, & utrumque ejuſdem Homiliæ exemplar eſſe. Id quoque velim, ut ſciat Lector novitius, nempe literam (b) quoties ad numerales Notas folii Codicis alicujus additur, alteram iſtius folii paginam denotare. Præterea aliud eſt, quod Lectorem hic Loci velim habere cognitum, ſcilicet varias Lectiones, quæ cernuntur in imo margine paginæ primæ, & deinceps ad paginam viceſimam quintam ſequuntur, per errorem Typographi fuiſſe impreſſas, me inſcio, & inconſulto, qui Codicibus editis eas aptiores magiſque convenire ſemper putavi quam codicum Catalogis.

Quarto, non ſolum propria hominum nomina, ſed & alias voces prout in MSS. Codicibus ſcribuntur, in Catalogis noſtris deſcripſi, tum quod antiqua ſcribendi ratio aptior & rectior nonnunquam recentiore videtur, tum etiam quod mendoſa cum ſit, aliquid tamen de antiquo verborum uſu, & ſignificatione notitia dignum ſuggerit, præſertim de More quo Majores noſtri, pro ſuarum literarum poteſtate, nonnullas voces pronuntiabant. Sic GEORIVS pro GEORGIVS; Noꝛmanꝺiꝛge pro Noꝛmanꝺie; Zacaꝛiꝛge pro Zacaꝛie; Maꝛꝛge pro Maꝛie; ȝho pro heo; ȝuꝑ pro eoꝑ; æccleꝛiꝛge & miliciꝛgæ pro *Eccleſiæ* & *Militiæ*; ꝛiꝛ, hiꝛ, ðiꝛ, pro ꝛie, hie, ðie, cum ſcriberent, plane oſtendebant literam ſuam (ȝ) ſe pronuntiaſſe pariter ac nos (y) pronuntiamus. Sic in pag. 261. col. 2. lin. 29. & in pag. 259. col. 1. lin. 29. & alibi *Britannia* perinde ac in multis aliis MSS. Inſcriptionibus & Numiſmatis, cum duplici (tt) ſcripta reperitur. In pag. 261. col. 2. lin. 31. occurrit in ablativo caſu *Parobhiis*, quod demonſtrat duplicem (h) nonnunquam Majoribus noſtris loco (ch) in uſu fuiſſe, prorſus ac apud *Græcos* χ, ח apud *Hebræos*, & quod illam è gutture, ac vehementi aſpiratione quemadmodum Cambro-britanni (ch) pronuntiare ſolebant. Sic in pag. 261. col. 2. pro *Auguſtini* ſcriptum legitur *Aguſtini*; quod etiam in multis MSS. codicibus quum *Saxonicis* tum *Latinis* à *Saxonibus* exaratis occurrit: Unde conſtat majores, quemadmodum Græcos olim, & jam nunc *Iratos*, *Gallos*, *Hiſpanos*, *Germanoſque* ſuum (a) craſſum habuiſſe, quod prorſus valebat, ac nunc apud nos diphthongus (au) & pleno rotundoque ore pronuntiandum erat. Cum igitur quædam ex antiqui moris verbis, quemadmodum in vetuſtis Codicibus ſcribuntur, accurate deſcribere inſtituerem, illorum ſæpe ſingularem aliquam literam binis punctis notavi, utpote quibus Typographus moneretur, ne verbum ita ſignatum aliter, ac illud ſcripſeram typis mandaret: Ille vero ſive per nimiam cautelam, ſive per oblivionem puncta ipſa ſæpe impreſſit, ut in pag. 261. col. 2. lin. 10. 11. 13. Quibus tamen per errorem impreſſis, Autographa ab Apographis dignoſci poſſunt, ſiquando quiſpiam Falſarius, quod aliquando accidit, tranſcriptum ſuum alicujus Codicis, Chartæ, vel fragmenti, Loco exemplaris reponat.

Quinto, & in Catalogo, & in illius indice, voces quaſdam vocumque partes uncis, aut Lunulis incluſi, ad denotandam membranam Codicis iſto in loco eſſe laceram, voceſque vocumve partes, quæ ita includuntur, deſiderari, ut pag. 107. col. 1. Nunc etiam id feci medica manu ad mendum aliquod Codicis corrigendum, ut pag. 106. col.

Digitized by Google

AD CATALOGUM.

col. 2. Nunc quoque id à me faciendum existimavi, ad explicandum & illustrandum obscuriorem alicujus Codicis locum, speciatim cum quæ adduntur uncis lunulisve inclusa, ex alio ejusdem Codicis exemplari desumpta sunt, ut pag. 142. col. 1. lin. 52, & 54. Quo in loco & alibi non raro voces Saxonicas per Notas & compendia scripsi, non solum brevitatis gratia, & quod ita in MS. Codice scripta cernuntur; sed ut curiosus Lector in versando Catalogo, ad Notarum & Compendiorum Vocum, quibus *Saxones* usi sunt, prius ad notitiam veniret, quam ad Codices ipsos legendos accederet. Eum etiam in finem Tabellam, quas vocant, *Abbreviaturarum*, & Jugationum, quæ *Anglo-Saxonibus*, *Anglo-Danis* & *Anglo-Normannis* in usu erant, hic infra φιλαρχαίων gratia exhibui. scilicet non omnium, quæ in versandis Codicibus mihi occurrerunt, sed quotquot mihi nunc in mentem veniunt. Quibus ut Lector diligenter attendat velim, quod illarum ope, non tantum, quæ in Catalogo nostro sunt, intelligere poterit Vocum Notas & Compendia; sed maximam partem earum quæ in Codicibus cernuntur.

TAB. ABBREVIATIARUM.

æ. ę. — æ.
æꝑ̄. — æfter.
æꝛ. — æfter.
allm̄. — almihtig.
a. — am. an.
am̄. — amen.
allðopm̄. — alldopmonnum.
ancenn̄. — ancennede.
⁊ — and.
Aꝑ. — Apostel.
aꝑ̄. — apostolice.
apt̄. — apostole.
apt̄. / aplar. — apostolar.
b. — ber.
bn̄d. / bīd. / bīdd. — biddad.
bnōðepa. — bropðepa.
bꝛ / bꝛſc. — bircecop.
bꝛſc. — bircere.
capē. — capcepine.
cſt. — cpist.
cꝑ. — cpæd.
dæȝ. — dæȝ.
dd. / ꝺ — dauid.
dede. — dæd.
dnih. / dn̄h. / dnihc. / dnihē. / dnihȳ. — dryhten.
dnīȳ. — dryhtnep.
eꝛt̄. — eftep.
ē. — em. en.
fæȝl̄ic. — fæȝenlic
f. — fep. fop.
h — fi.
ð. — ſe. ȝep. ȝe-tacnad.
ȝepē. — ȝepep.
ȝeopȝ. — ȝeopȝup.
ȝme. — grame.
ȝne. — grune.
h — h
hāel. / hæt. / hæt̄d. — hælend.
hatep. — hattep.
hepl̄m. — hierusalem.
hꝛ. — hr.
ihc. — iesup.
ī. — im. in.
ioh̄. / iohn. — iohannep.
L. — leofan men.
lou̇d. — louerd.
m̄a. — ma.
m̄n. — man. men
m̄t. — mag. men.
mæthȝ. — mæthaup.
mȝ — mi.
m̄ þa L. — men þa leofan fæstan.
mðd̄ȝ. — mæðan ȝeap-dæȝ.
mon. — mon. men.
n̄a. — na.
n̄ȝ. — ni.
nn̄ȝ — nigon. nigo-ða.
oft. — ofep.
ō. — om. on.
ō m̄. — on men.
pn̄. — pneopt.
prā. — preosta.
pſt. — preſt.
pkunȝe. — prikunge.
ꝑphe. — prophece.
p̄d. — pund.
q̄c. — quic.
rm̄ō ēcꝛ — rmixad on ecnysse.
rum̄. — rummodlice.
rc̄a. — sancta.
rc̄e. — sancte.
rcill. / rcill. — scillingas.
S. I b. — Sancte Iohan Baptiste.
S. L. — Sancte Lucas.

Ꝺ. — ðor.
ꝺ. — ðæt.
ꝺ. — ðu.
ꝺ. — ðurh.
ꝺ. — ðurhtogen.
ꝺ. — ðurhtogenlice.
ꝺ. — ðurhtogenlicre.
ꝺ. — ðurhtogenlicum.
ꝺ. — ðurhtogenlicum.
ꝺ. — ðurhtogenlicum

PRÆFATIO

Verum enimvero, vir Ampliſſime, non tantum Saxonicarum vocum Notas, ſeu *Abbreviaturas*, ſed etiam Epigraphas, ſiue *Rubricas* Codicum, præſertim quæ Majuſculis Characteribus exarati ſunt, idoneis Typis imprimendas curavi. Id genus Epigraphas præ ſe maxime ferunt Homiliæ, quas ſecundum ſeriem Feſtorum, in quibus publico recitandæ erant, fruſtra tentavi ordinatim diſponere, quippe quod magis operoſa res erat, quam quæ à me ſuperari poſſet. Id autem tam difficile ex eo factum eſt, partim quod Librarii qui primores Codices deſcripſerunt, & non raro alii, qui illos reviſere voluerunt, nimia uſi licentia, aut Exordia, aut Fines Homiliarum, & non raro tum illa, tum hos pro arbitrio ſuo novare auſi ſunt, ipſaſque etiam Homilias pro libitu aut amplificare, aut contrahere, & curtare. Factum eſt etiam aliquando ex ignorantia Compactorum, qui Codicum folia tranſpoſuerunt. Cui quidem malo Medicam manum & ſi cum aliquo, non eo tamen quem optabam, ſucceſſu, adhibui, quod Codicum aliis ſua exordia, aliis vero fines deſunt. Id vero prorſus ſanare illi ſoli fas eſt, qui laborantium Codicum exemplaria omnia, quæ conferre poſſet, penes ſe habeat: quod quidem à nemine ſperandum eſt, cum alii illorum in *Oxoniæ*, alii in *Cantabrigiæ*, alii Ædium *Cottonianarum* in Bibliotheca, aliique etiam alibi in private viventium Bibliothecis ſerventur. Denique de Homiliis MSS. id quoque animadvertendum eſt, quod illarum haud paucæ ex eo quod Epigraphis, aut Initiis, aut Finibus ſuis careant, aut turbato foliorum Ordine luxatæ, facile dignoſci nequeunt; ex Evangeliis tamen ſuis innoteſcere poſſunt, propterea quod *Evangelium* Homiliæ ſemper feſtum indicat, in quo legenda erat. Quamobrem Exordia Evangeliorum, quibus id genus Homiliæ ſciri & diſtingui poſſent, quoties ſcripta illa invenirem, nunquam non prætermiſi deſcribere.

Præterea quam modici ſunt MSS. *Saxonicorum* Catalogi, quos alii edidiſſent, cum orſurus meum perpenderem, illum Viginti vel Triginta Schedas excedere poſſe non putabam. Quamobrem, quum ita cum doctis aliis ſentirem, breviores Tractatus integros, Tractatuumque longiorum Fragmenta, Typis excudendos, licentiam deſcribendi, *Lambecii* & aliorum doctorum exempla ſecutus, mihi facile ſumpſi. Nempe quod illos Philo-Saxonibus non modo utiles, ſed jucundos fore judicabam. Eam etiam ob cauſam Epigraphas Capitum Librorum deſcripſi, & quamvis è Vetuſtis Monaſteriorum Regeſtis, & id genus libris tantum Chartas *Saxonicas* aut integras, aut per compendium & quaſi per Synopſin, exſcribere conſtitui, prætermiſſis Latinis; nonnunquam tamen, mutato conſilio, integros Libros præſtantioris Notæ breviter deſcribere placuit, in quibus *Latine* omnia fere ſcripta ſunt. Verum progrediente opere, quamprimum Catalogum ſenſim in grandius, quam putaram, Volumen ſurgere animadverti, à Propoſito digreſſus ſum, cum animo ad illud nunquam revertendi, niſi quando aut rarus, aut præſtantiſſimæ materiæ aliquis Tractatus poſtularet, ut ad illud redirem. Quo in caſu jure meo uſus ſum. Verum quamvis deſcriptis per compendium tot *Latine* ſcriptis Codicibus, Catalogum æquo amplius onerabam, illorum tamen in Indice Catalogi rarius mentionem feci; quem, ne is quoque ſupra modum creſceret, *Saxonicorum* duntaxat ſcriptorum ſyllabum eſſe volui, nihil fere *Latine* ſcriptum in eo ponendum ratus, niſi quaſdam Chartas, quas ut præterirem à me non potui impetrare. Porro quo quiſque Codex Sermone, ~~Sermoniſve~~ Dialecto ſcriptus eſt, notavi; tametſi omnes fere *Anglo-Saxonici* ſunt. Id vero mihi faciendum ideo putavi, ut Libri, Tractatuſque qui *Anglo-Saxonice* ſcribuntur, ab iis, qui *Dano-Saxonici*, vel *Normanno-Saxonici* ſunt, rite à Literaturæ Septentrionalis Tyronibus diſtinguerentur. Nam quod Linguam *Germano-Saxonicam* attinet, nondum quicquam in illa vidi ſcriptum, quod pluſquam ter centum annorum ætatem præ ſe ferebat. Quinetiam mei muneris eſſe putavi cujuſvis Codicis & Materiam, & Formam notare. Materiam, an Membranaceus, vel Chartaceus; Formam, an in Semiſſibus, Quadrantibus, vel Beſſibus foliis, *hoc eſt*, ut vulgo aiunt, an in *Folio*, *Quarto*, aut *Octavo*, exaratus eſſet, dicendo; nam in Uncialibus foliis, qui ſcripti ſunt, nulli extant. Si quis etiam Codex ob ſpeciem ſuam vel immodicam Longitudinem, Latitudinemve ſpectabilis eſſet, ſæpe adnotavi. Maxime autem curavi quo quiſque Codex tempore ſcriptus erat, dicere. Hæc omnia Codicum indicia ſtudioſus facere volui, ut curioſus Lector, ex iis, juſtam cujuſvis libri notitiam haberet. Omnium vero quæ ad MS.

Codicis

Digitized by Google

Codicis notitiam ſpectant, Ætas quidem primaria res eſt. Ea vero tribus rationibus cognoſcitur; vel *certe* ex luculentis Verbis; vel *minus certe* ex Codicis manu, aliiſve Criteriis & Indiciis, quæ in verſando Libro ipſo, vel Faſtis, aut Adnotationibus Chronologicis ad Librum adjunctis, diligenti Lectori occurrunt. Cum ex luculentis verbis alicujus Codicis, Ætas illius comperta eſt, ea nunquam non animadverto; cum etiam ex Indiciis & Criteriis colligenda eſt, de iis etiam ſemper moneo Lectorem; cum vero ex Manu Codicis, Chartæve, ſolummodo de illius ætate conjectura facienda eſt, quæ mea eſt ſententia, libere ſemper declaro, & in ea ferenda haud ſæpe me erraſſe ſpero. Hoc ne à me arroganter dictum putes velim, Vir maxime honorande, qui noſti me per aliquot annos priuſquam hoc opus ordirer, in MSS. Codicibus, quum *Græcis*, tum *Latinis*, tum etiam, ut cæteros taceam, *Saxonicis* verſatum fuiſſe, & in delineandis quibus, variis in locis & temporibus, exarati ſunt Manibus, haud parum eſſe exercitatum. Quod, cum inſpectione vetuſtarum Chartarum, in quibus Tempora quando Confectæ, Datæve eſſent, expreſſe ſcribuntur, in dignoſcendis cujuſvis ſeculi Manibus maximo mihi uſui fuit. Denique quemadmodum de Codicibus, ſic de Chartis ſeu Diplomatibus à Regibus Anglo-Saxonum aut confectis, aut confectas eſſe dictis, quid ſentirem libere etiam declaravi, Fictitias & Interpolatas, quas tales eſſe putavi, nunquam non cenſura notans, & Autographas ab Apographis ſtudioſe diſtinguens.

Etenim, cum primum multi quidem operis ac laboris opus hoc faciendum ſuſcepi, aliorum veſtigiis, qui ante me *Saxonicorum* Codicum Catalogos ediderunt, non contentus inſiſtere, ipſos Codices ſedula manu verſare, & intentis oculis luſtrare conſtitui. Quem ad finem ab *Oxonia* noſtra *Cantabrigiam* profectus ſum, & deinde *Londinum*. Quibus in locis diligenter excuſſis Bibliothecarum forulis, ad *Doroberniam*, & deinde ad viſendam Bibliothecam *D'Eweſianam* in *Suffolciam* ibam; cujus liberiorem uſum Viro longe humaniſſimo *D. Simondſio*, doctiſſimi *D. Simondſii D'Ewes* Nepoti & Baronetto, grato cum animo, refero acceptum. Multi etiam Codices & nonnullæ chartæ ad me aliunde, è privatis Muſeis tranſmiſſi ſunt; quos omnes paginatim perluſtravi, adeo ut affirmare auſus ſim, nihil in hoc Catalogo Librorum Diplomatumve eſſe deſcriptum, quod manibus oculiſque non uſurpavi, exceptis libris, qui ſequuntur. *Scil.*

Regiſtrum Monaſterii *Ægeneſhamenſis* in Archivis *Ædis Chriſti Oxon.* aſſervatum, de quo pag. 105.

Regiſtrum antiquum Eccleſiæ *Wellenſis*, cujus mentionem feci pag. 215.

Chartæ Eccleſiæ *Wigornienſis*, quarum mentio fit pag. 299.

Codex *Joannis* Ducis *Lauderiæ*, qui memoratur in pag. 303.

Fragmenta quædam *Lincolnienſis* Eccleſiæ, de quibus pag. 305.

Denique, Codex *Radulfi Thoresby* de *Leedes* in agro *Eborac.* Armig. de quo etiam pag. 305.

In Codicibus MSS. Chartiſque omni cura ſtudioque perluſtrandis, errores multos Doctorum à me ſummopere vitandos obſervavi, qui illos nuſpiam inſpexerunt. Id genus errorum multa exempla proferre facile poſſem, ſi doctorum, qui Reip. Literariæ omnibus viribus prodeſſe laboraverunt, Sphalmata, quæ haud verſatis Codicibus non potuerunt, quin committerent, notare, per candorem liceret. Crede mihi, Vir ampliſſime, hujuſmodi Errorum ſpecimina vicena, ac vicena, imo centena aliquot dare fas eſt. Et ne quis jactabundi hominis verba hæc eſſe cenſeat, en unum atque alterum exemplum, quæ omnium loco ſubſtitui, eorumque munere fungi velim.

In inſtructiſſima Bibliotheca C. C. C. C. (i. e. *Collegii Corporis Chriſti Cantabrigienſis*) extat Annalium *Saxonicorum* vetuſtus Codex, qui S. 11. inſcribitur, quem in Catalogi noſtri p. 130. deſcriptum invenire eſt. Quamprimum Codicem illum inſpexi, ſcriptum illum eſſe Anno Dom. 891 vel circa id tempus exiſtimabam, quod ab initio Codicis ad iſtum annum nihil non in una eademque antiqua manu, quæ Regnante Ælfredo in uſu erat, ſcriptum eſt, & deinde ab iſto anno uſque ad finem omnia in aliis manibus exarata ſunt. In prima Codicis hujus pagina ſic ſcriptum cernitur, Đa ꝼenꝛ Ælꝼꝛeđ hiena bꝛoþuꝛ to ꝓice. ⁊ þa ꝓaꝛ agan hiꝛ ielde. xxiii. ꝓintꝛa. i. e. *Tum capeſſit Regnum Ælfredus illorum frater, atque tum fuit 23 annos natus*: Qui locus proculdubio non potuit non legi à Reverendiſſ. *Matthæo Parkero* Archiepiſc. *Cantuarienſi*,

tuarienſi, quippe qui in ſummo iſtius paginæ margine ſua manu ſcripſit hanc Epigraphen, *Chronica ſcripta anno* 23 *ætatis Alfredi.* Poſtea vero, ut videtur, verba [XXIII pinxpa] minio notans, ex adverſo in margine ſcripſit [xx.] Verum in Catalogo quem ex Codicum *Saxonicorum* ſyllabis ad ſe miſſis contexuit D. *Geo. Hickeſius*, ac in fine Inſtitutionum Grammaticarum *Anglo-Saxonicarum* & *Mæſo-Gothicarum* ante 16 annos *Oxonii* edidit, ſic inſcribitur ille Codex, p. 163. *Chronica vetuſtiſſima Saxonice, ſcripta anno* 23 *ætatis Ælfrici, ſeu aliter, Annales Saxonici Eccleſiæ Cantuarienſis.* Sic etiam Doctiſſimus vir *Wilhelmus Cave* S. T. P. in *Scriptorum Eccleſiaſticorum Hiſtoriæ* ſuæ Literariæ Vol. I. pag. 590. Codicem illum, qui longe ante natum *Ælfricum* ſcriptus erat, *Ælfrico* adjudicavit, & inter Opera illius retulit, ſic ſcribens, *Chronica Saxonica maxime de Eccleſia Cantuarienſi, ab Ælfrico, anno ætatis ſuæ* 23 *Saxonice ſcripta,* MSS. *ibidem* (i. e.) *in Collegio Benedict. ſive Corporis Chriſti Cantabrigiæ.* Præterea Vir doctiſſimus *Henricus Wharton* non tantum eodem in errore verſatus eſt, per quem tot ante illum egregii viri lapſi ſunt, Codicem illum *Ælfrico* inſcribendo; verum etiam ulterius progreſſus, in *Diſſertatione* ſua *de duobus Ælfricis, Angl. Sacr. Parte* I. ſummis viribus contendens probare *Ælfricum* Archiepiſcopum, ac *Ælfricum* Grammaticum diverſos homines fuiſſe. ſic in *Diſſert.* pag. 130. de hoc Codice deque Ælfrico Archiep. Cantuarienſi ſcribit: *Chronologiam Saxonicam à Julio Cæſare ad annum Chriſti* 1070. *Abrahamus Whelocus edidit ex duplici Codice* MS. *altero Collegii Corporis Chriſti Cantab. vetuſtiore, altero Cottoniano recentiore. Operis totius Auctor fruſtra quæritur. A diverſis enim ſcriptum eſt. Codex autem Cantabrigienſis notâ affixâ præfert Chronologiam iſtam ſcriptam eſſe ab Ælfrico anno ætatis ſuæ* 23. *Quod de parte ejus poſteriore nequaquam intelligendum eſſe ſatis conſtat. Pars itaque prior Elfricum Authorem habet; quæ quidem res Eccleſiæ Wintonienſis tantâ præ aliis diligentia perſequitur; ut à Monacho quodam Wintonienſi concinnata primo intuitu videatur. Deſinit iſta in anno* 975. *primo ſc. Edwardi Regis & Martyris anno: quod cuivis locum conſulenti facile patebit. Ibi enim Hiſtoricus poſt narratum Edwardi introitum, multos illi annos precatur. In proximo autem, cujus res geſtas Chronologia iſta exhibet, anno, ſc.* 977. *Edwardum Regem occiſum eſſe narratur. Quæ certe ab uno eodemque Authore proficiſci nequaquam potuerunt. Elfricus igitur in anno* 975 *Chronologiam ſuam terminavit, annos jam natus* 23. *adeoque anno circiter* 952 *natus eſt.*

Aliorum quoque doctorum ingenia de *duobus Ælfricis* hæc Controverſia, ſed, me judice, ſine cauſa, exercuit ac torſit; tametſi in dicta Diſſertatione ſua D. *Whartonus* affirmat alterum, quem vult *Ælfricum Grammaticum, Abbatem*, totque librorum auctorem *Vutta, Vuttoc*, & Pittunc cognomen habuiſſe. Quod ſi D. *Whartonus* libros MSS. ſuis oculis perluſtraſſet, nunquam in hos errores eſſet inductus. Quinimo, tantum Bibliothecæ C. C. C. C. Chronico à ſe inſpecto, facile cognoviſſet iſtud ab *Ælfrico* non ſcriptum eſſe potuiſſe, utpote cujus maxima pars exarata eſſet ante natum *Ælfricum Abbatem*, quem etiam Codex Collegii S. *Johannis Baptiſtæ Oxon.* de quo Catalogi pagg. 104. 105. diximus, *Ælfrici* cognomento *Batæ* præceptorem fuiſſe * oſtendit: *Ælfrici*, inquam, Cognomento *Batæ*, quem unum eundemque fuiſſe *Ælfricum* exiſtimo, atque illum quem *Ælfricum Vuttam* antiqui noſtri ſcriptores dicebant. Quamobrem ſi Æfricum celebrem illum apud *Anglo-Saxones* Auctorem, fuiſſe illum qui *Cantuarienſis* Archiepiſcopus erat; & *Ælfricum* dictum *Batam* fuiſſe iſtum, qui Archiepiſcopus *Eboracenſis* erat, D. *Whartonus* contendiſſet, equidem minime illi repugnaſſem.

Cum *Ælfrico Cantuarienſi*, memorandus eſt *Lupus* Epiſcopus, par *Ælfrico* Homiliſta: Cui, Ælfricum dum colerem, ne injuriam facerem, ut ſuas utrique Homilias recte addicerem, tum per totum Catalogum, tum in Indice, quam potui diligenter, operam dedi. Quod *Ælfricum* attinet, in legendis Patribus, qui *Latinè* ſcripſerunt, maxime exercitatus erat. Nam in Præfatione quadam ad *Sigericum* Archiepiſcopum *Dorobernienſem*, quam videre eſt in Catalogi pag. 153. dicit Homilias ſuas eſſe Verſiones Sermonum SS. *Auguſtini, Hieronymi, Bedæ, Gregorii Magni, Smaragdi, Haymonis*, & aliquorum S. Scripturæ locorum: Deque hoc etiam monitum Lectorem velim, ut tranſlatas ejus Homilias, aut Exerpta ex iis, ſiquando

* HANC SENTENTIAM (*i. e.* Tractatum) LATINI MEVS FVIT MAGISTER. SED TAMEN EGO ÆLFRIC SERMONIS OLIM ÆLFRICVS ABBAS COMPOSVIT. QVI BATA MVLTAS POSTEA ADDIDI APPENDICES.

edere

Digitized by Google

edere conſtituat, illas cum Exemplaribus Latinis rectius ſciat conferre. Id mihi faciendi non voluntas defuit, ſi per tempus licuiſſet.

De hoc etiam admonendum curioſum Lectorem exiſtimo, quod quemadmodum *Anglo-Saxonicus* ſermo Majoribus noſtris vernaculus erat, & pro volubili Linguarum indole, & viciſſitudine temporum verſatilis, exoleſcentibus aliis, aliiſque ſenſim inoleſcentibus verbis phraſibuſque, varias mutationes non potuit non ſubire. Scilicet non tantum ſcribendi rationem ſed Loquendi etiam Idiomata, quibus anteriorum temporum auctores uſi ſunt, poſteriorum Scriptores & Exſcriptores novaverunt. Id diverſarum ætatum Codices oſtendunt, præſertim illi, qui vetuſtiorum Librorum Apographa ſunt, qua cum Exemplaribus collata, monſtrant populum *Angliæ*, haud ſecus ac Gentium aliarum omnium, Orthographiam antiquam mutandi, repudiandi pro libitu Vocabula, quibus Majores uſi ſunt, & eorum vice factis aliis utendi, Libertatem ſibi arrogaſſe. Quamobrem, id genus Apographa hic illic notavi, deſcriptis illorum initiis & finibus; quibus, quaſi tot ſpeciminibus, ut purior *Saxonicus* Sermo à ſe quaſi in alium paulatim converteretur, curioſus Lector perſpiciat: talis præſertim, qui forſan in animo habeat hodierni noſtri Sermonis de Origine, & Progreſſu Librum ſcribere; ad quem ſcribendum, ut quis Literaturæ *Septentrionalis* peritus aſſurgat, cum ejus ab interitu vindice *Hickeſio*, non poſſum non optare.

Reſtat, de duobus, quæ Indicis ſtructuram ſpectant, ut nonnihil dicam; Quorum primum eſt me ſecundum ſeriem Literarum, quæ eſt in Alphabeto *Romano*, & non ſecundum iſtam, in qua literas ſuas *Saxones* diſpoſuerant, illum ordinaſſe. Quapropter vocabula à Ð, quod *Thorn* vocabant, incipientia ſub Litera T collocavi; eaque quæ à Ƿ, quod *Wen* vocabant, incipiunt, ante Z poſui. Nempe quod iſto Ordine Angli maxime delectabantur, etſi immane quantum differt ab illo, quo Majores noſtri Literas in Alphabeto ſuo diſpoſuerunt; quemadmodum videre eſt in Catalogi noſtri pag. 247. ubi Alphabetum *Saxonicum* exhibuimus, quod à *Runicis Thorn* & *Wen* clauditur, quorum alterum penultimum, alterum ultimum ejus locum habet. Has autem *Runas* à ſe, ut videtur, retinendas duxerunt *Anglo-Saxones*, ob ſingularem utriuſque poteſtatem, quod ad edendos quoſdam ſonos valebant, qui per nullam *Romanarum* literarum exprimi potuerunt Sic in *Coptitarum* & *Ruſſorum* Alphabetis aliquot Characteres cernuntur, qui tum quoad Figuram, tum quoad Poteſtatem à *Græcis* literis longe differunt, quæ utriuſque gentis Alphabetorum maximam partem, conſtituunt. *Secundo*, cum ejuſdem Codicis multa ſive Exemplaria ſive Tranſcripta ſint, ejuſdemque Regis multæ, eæque diverſæ Chartæ, quæ in Catalogo ſeorſim recenſentur, in Indice tamen brevitatis gratia cujuſque Codicis *unius* tantum Exemplaris, & cujuſque Regis *unius* tantum Chartæ mentionem faciendam putavi, propterea quod omnes ſimul deſcribuntur in ea Catalogi pagina, ad quam Index mittit Lectorem.

Dum ad texendum hunc Catalogum MSS. Codices verſarem, in iis non raro Bibliothecæ, ſeu Monaſterii nomen inveni, ad quam hic vel ille Codex pridem pertinebat. Id me ad exquirendos Catalogos Librorum, qui olim in Bibliothecis *Angliæ* Cœnobiorum ſervati erant, excitavit, ut quicquid Librorum, præcipue *Saxonicorum* ſingulâ olim habebant, quoad fieri poſſet, indicarem. Suſceptum hoc noſtrum, quamvis minus quam optabam ſucceſſit, aliquem tamen fructum ex eo cepi, ut ex Catalogis Librorum conſtat, de quibus in Catalogo mentionem feci, atque hic amplius memoraturus ſum. In illo tres breves Catalogos exhibui, nempe in pag. 83. 84. 248. In pag. 276 Eccleſiæ *Roffenſis* Catalogum habes. Eccleſiæ *Dunelmenſis* in pag. 298. Denique Librorum, quos *Leofricus Exonienſis* Epiſcopus Eccleſiæ ſuæ dedit, Catalogum deſcriptum exhibui pag. 80. Accedunt,

Catalogus *Saxonicis* litteris ſcriptus, in fine vetuſtiſſimi Codicis MS. ſcilicet quindecim Librorum S. *Auguſtini* de S. *Trinitate*, qui extat inter Codd. *Laudenſes* in Bibliotheca *Bodleiana*, L. 30. inſcriptus.

Catalogus Codd. Abbatiæ S. *Mariæ* de Pratis *Leiceſtriæ*; in Bibl. *Cottoniana*, & *Bodleiana* inter Codd. *Laud.*

Catalogus Codd. Prioratus *Dovorenſis*; in Bibl. *Bodleiana. Arch. A.*

Catalogus Codd. Abbatiæ *Norwicenſis*; in Bibl. *Cotton. Rotul. in Pixid.*

Catalogus Codd. Monaſterii de *Meliſa*; in Bibl. *Cotton.* VITELLIVS. C. 6.

Digitized by Google

Catalogus Codd. Abbatiæ de *Waverle*; in Bibl. *Cotton.*

Catalogus Codd. & Librorum Abbatiæ *Sionenſis*, in Bibl. *C. C. C. C.*

Catalogi Codd. Univerſitati *Oxon.* ab *Humfredo Glouceſtriæ* Duce donatorum. *Archiv. Univ.* Regiſt. F.

Catalogus Codicum, qui extitere in Bibliotheca Abbatiæ *Glaſtonienſis*, A. D. 1248. (*in Cod.* MS. *Bibl. Coll. Trin. Cantab. Claſſ. à dextra. ſer. ſupr. in adverſo lat.* 36. fol. 102.) inter quos omne genus Eruditionis Codices quorum numerus tum fuit 537, memorantur,

Penthateucum Moyſi & Joſue & Judicum. Vetuſtum.
Item, duo Anglica (i. e. Saxonice ſcripta) *vetuſta & inutilia.*
Canon. Theodori ad remedium Pœnitentiæ. vetuſti libri 2.
Liber Oroſii 2 *Latina Lingua; tertius in Anglica.* (i. e. Saxonica) *vetuſti ſed legibiles.*
Liber de diverſis Sermonibus Anglicis.
Item Sermones Anglici, (*i. e.* Homiliæ Saxonicæ) *vetuſti, inutiles.*
Paſſionale ſanctorum Anglice (*i. e.* Saxonice) *ſcriptum. vetuſt. inutile.*
Item, quidam liber Anglice, i. e. Saxonice.
Bella Ethelſtani Regis.
Medicinale Anglicum, (*i. e.* Saxonice ſcriptum.)

Catalogus Codicum quæ extitere in Bibliotheca *Eccleſiæ Chriſti Cantuariæ*, A. D. 1315 (Bibl. Cotton. GALBA. E. 4.) inter quos memorantur hi, qui ſequuntur, *Saxonice* ſcripti.

Regula Aluricii gloſata, Anglice. (forte. *Ælfrici* Excerpta ex *Æthelwoldi* libro de Conſuetudine Monachorum.)
Liber Sompniorum.
De obſervatione Lunæ in rebus agendis.
Orationes Anglice. (*i. e.* Saxonice.)
Regula B. Benedicti gloſata Anglice.
Omelie & ſermones quædam.
Conſuetudines de faciendo ſervitio divino per annum, gloſatæ Anglice.
Expoſitiones de Priſciano expoſite Anglice. (*i. e.* Ælfrici Gram.)
Locutio Latina gloſata Anglice, ad inſtruendos pueros. (forte. Ælfric. Bata.)
Geneſis Anglice, depicta. (forte. Pentateuchus *Cottonianus.*)
Liber Paſſionum, & ſermones Anglice. (Ælfricus Homil.)
Dialogus B. Gregorii.
Boecius de Conſolatione.
Herbarius Anglice, depictus. (forte Apuleius *Cottonianus.*)
Liber ſermonum Catholicorum Anglice. (Ælfric.)
Liber ſermonum B. Auguſtini. Anglicè. (i. e. Saxonice.)
Cronica vetuſtiſſima Anglice. (in Bibl. C. C. C. C.)
Liber de Ordine Monaſtico, Anglice. (i. e. Saxonice.)
Cronica ſecundum Bedam, Anglice. (i. e. Bedæ. Eccleſ. Hiſt.)
Textus IV Evangeliorum Anglice. (i. e. Saxonice.)
Actus Apoſtolorum Anglice. (i. e. Saxonice.)
Liber ſermonum Anglice. (i. e. Saxonice.)
Regula Canonicorum Anglice. (i. e. ~~Saxonice~~.)
Chronica Latine & Anglice (i. e. Lat. & Saxon. & nunc extat in Bibl. Cotton.)
Liber Edwini Anglice. (forte, Normanno-Saxonice.)
Excerptiones de Priſciano Anglice. (f. Ælfrici Grammat.)
Rithmus Anglice (f. Poema quoddam Saxonice.)

Præter hos omnes *Saxonice* ſcriptos, *Latinorum* etiam Codicum nonnullorum Titulos, ex eodem *Cantuarienſis Eccleſiæ Chriſti*, proferre placuit, *viz.*

Liber Aluredi Regis de cuſtodiendis Accipitribus.
Tripartitum Pſalterium Edwini, (nunc in Bibl. Coll. Trin. Cantab. vid. Catal. p. 168.)
Biblia Edwini.
Verſus Pannorum pendentium in Eccleſia Cantuarienſi.
Verſus Feneſtrarum Vitrearum Eccleſiæ Chriſti Cantuar.
Conſuetudines multarum terrarum Cantie.
Libellus de Caſtris & Rivis, Aquis & Montibus, & Monaſteriis Britanniæ Majoris.

Quibus

Digitized by Google

AD CATALOGUM.

Quibus Catalogis, adde *Catall.* Librorum quos olim poſſidebat Eccleſia *Paulina London.* à *Wilhelmo Dugdalio Eq Aur.* editos, A. D. 1658. & Catalogum Librorum quibus olim inſtructa fuit Bibliotheca Cœnobii *Petroburgenſis*, quem Reverendus in Chriſto Pater *Symon* Epiſcopus Elienſis, non ita pridem *Petroburgenſis* Decanus, publicavit. A. D. 1686.

Librorum *Saxonicorum* Epigraphas, quæ in Catalogis Abbatiæ *Glaſtonienſis*, *Eccleſiæque Chriſti Cantuariæ*, ſi quis cum illis, quæ in Catalogo *Dunelmenſis* Eccleſiæ memorantur, conferat, eo facile ſentiet haud exiguam partem Codicum *Saxonicorum* periiſſe, cum tot, eheu! tot quorum Inſcriptiones in vetuſtis illis Catalogis leguntur, jam deſiderentur. Adde quod præter illos etiam, & *Wlſtani* Epiſcopi *Wigornienſis* vitam à *Colemanno* ſcriptam, & alios enumerare poſſem, quos etiam periiſſe & credo, & doleo. Verum id facere prorſus ſupervacaneum arbitror, propterea quod magnum numerum Codicum Veterum perditum eſſe Catalogus noſter ex fragmentis ſuis demonſtrat. Speciatim iſtis Homiliarum, quæ in diebus ſolennibus Commemorationi S. *Auguſtini Cantuarienſis*, & *Paulini* Archiepiſcopi *Eboracenſis* recitari ſolebant; quas tamen aut integras, aut in aliis fragminibus ſupereſſe, tot perluſtratis Bibliothecis, non poſſum induci ut credam. Quanta etiam pretioſorum Codicum clades eſt, ex eo Catalogus noſter oſtendit, quod in quovis fere libro aliquid reperitur, quod in nullis aliis habetur. Quæ quidem res MSS. Codd. ingentem eſſe jacturam probat, cum primævum aliquem Codicem, unde cæteros ſcire poſſumus recte eſſe tranſcriptos, tam rarum ſit invenire.

Tot Centenos Codices *Saxonice* ſcriptos, totque millia *Chartarum* à Regibus, & Epiſcopis *Anglo-Saxonum* confectarum prorſus interiiſſe, malum quidem eſt, quod Tecum omnes Patriarum Antiquitatum amatores vehementer dolebunt. Etenim tam grave damnum, quod reſarciri nequit, injuria temporum Reip. Literariæ accidiſſe nemo liberaliter inſtitutus tam ferreus eſſe poteſt, quin maxime deplorabit. Tantam autem bonorum librorum jacturam mœrentibus id dolorem debet levare, quod tot quaſi tabulæ ex Naufragio reſtant. Scilicet, quamvis non adeo magna, non exigua tamen Codicum & Chartarum Copia eſt, quæ vaſtatis à *Danis*, direptis à *Normannis* Monaſteriis; Civilibus *Baronum* Bellis; diris *Eboracenſium* & *Lancaſtrienſium* Principum diſſidiis; maxime autem exitia illi Cœnobiorum, & Sacrarum Ædium per R. *Henricum* VIII. Demolitioni, ut de recentioribus Bellis inteſtinis nihil dicam, in Armariis noſtris ſuperſunt. Quod vero tot *Anglo-Saxonum*, *Anglo-Danorum*que ſcripta reliqua etiamnum ſunt, id maxime debetur Curæ & Diligentiæ Reverendiſſimi *Matthæi Parkeri Cantuarienſis* Archiepiſcopi; qui Codices Chartaſque diverſas undique collegit, Collectos magna ex parte perluſtravit, & ab interitu ſervavit. Quod cum ſecum perpenderet D. *Georgius Hickeſius* ut tam pretioſam ſupellectilem, quantum in ſe erat, à pulvere & blattis vindicaret, Grammaticis prælo cuſis & recuſis, Linguas, Linguarumque Dialectos, in quibus ſcripti erant, ut facile ab omnibus diſcerentur, explicuit; ealque feliciter illuſtrando, ad *Septentrionalium*, & præſertim Saxonicarum litterarum ſtudium multos egregios viros incitavit, qui cum miro ſucceſſu illarum ſcientiam conſecuti ſunt. Illo hortante, opus hoc Catalogicum, quale quale eſt, faciendum ſuſcepi; qui, illo auctore, Linguæ Saxonicæ cum multis aliis gnarus factus eram; ſine cujus quidem Cognitione, adeo non poteram *Saxonice* ſcriptorum Codicum Catalogum componere, ut id Vires meas prorſus ſuperaſſet.

De Codicibus autem *Saxonice* ſcriptis, qui etiam nunc in Bibliothecis *Angliæ* ſuperſunt, mentionem dum faciam, Vir Clariſſime, permitte ut dicam in illis etiam ſervatos eſſe magni pretii Codices aliis in Linguis exaratos; quos ſi conſuluiſſent nuperi quorundam Librorum, præſertim à Patribus, quod aiunt, ſcriptorum, apud exteros, Editores; multo, crede mihi, accuratiores, multo perfectiores illos, & ſuis nominibus digniores in publicum emiſiſſent. Ob Exemplaria etiam SS. Bibliorum, ſpeciatim Pſalmorum, Evangeliorum, & Epiſtolarum, imprimis Bibliothecæ noſtræ celebrandæ ſunt. Quæ ingenti uſui *Joanni Martianæo* non poterant non fuiſſe, ſi in Angliam profectus illa cum aliis exemplaribus conferre voluiſſet. Biblia etiám & Pſalteria *Gallice* ſcripta in Bibliothecis noſtris extant, quibus antiquiora Gallia ipſa non poteſt venditare, ſi de id genus Codicum ætate, quæ apud Gallos exſtant, Patriæ ſuæ Ornamenta D. *Du Pin*, *Johannes Mabillon*, & *Richardus Simon* recte judicarunt.

Digitized by Google

PRÆFATIO

Quemadmodum vero, Infigniſſime Vir, Librorum, qui in Catalogo noſtro memorantur, exiguus eſt numerus, quos me non vidiſſe paullo ſupra dixi: ſic nonnulli ſunt, quos in eo deſcribere propterea non licebat, quod illos non vidiſſem. Sunt autem qui ſequuntur,

1. Regiſtrum Chartarum Abbatiæ de *Burton*, in quo habentur Chartæ plurimæ *Saxonice* ſcriptæ. Hic Codex eſt Honoratiſſimi Domini *Gulielmi* Baronis *Paget*; quo, in Villæ ſuæ Muſæo cum illum Dominus ſervat, ipſe Londini verſatus uti non potui.

2. Regiſtrum Chartarum Eccleſiæ Cathedralis D. *Pauli Londini*, penes RR. Decanum & Capitulum. Ex quo & Burtonenſi Chartulario Chartas aliquas exſcriptas publicavit *Wilhelmus Dugdale* Eq. Aur.

3. Regiſtrum Chartarum Abbatiæ de *Middleton* in Scaccario, penes Rememoratorem Reginæ.

4. Regiſtrum Chartarum Abbatiæ de *Tavestoke* penes Illuſtriſſimum Ducem Bedfordiæ; in quo duæ Chartæ *Saxonicæ*, ut accepi, ſcriptæ leguntur.

5. Pſalterium *Latino-Saxonicum* in Bibliotheca Eccleſiæ Cathedr. *Sarisburienſis.*

6. Charta *Wulfrunæ*, *Saxonice*, quam ex Archivis Eccleſiæ Windeſorenſis deſcriptam edidit D. *Wilh. Dugdalius*; ibi vero illam fruſtra quæſivi.

Hæc omnia Majorum Monumenta *Saxonice* ſcripta ſunt, quæ me in Catalogo non deſcripſiſſe mihi conſcius ſum. Quam prætermittendi, ſive non faciendi quod debebam, *culpam*, cum non ſocordiæ ſupinæve negligentiæ, nedum animi mali ſit; ut *levem*, forte ut *leviſſimam* mihi condonaturum ingenuum Lectorem ſcio; cum perlegendo Catalogo noſtro, pro comperto habuerit, me non tantum plures Codices Chartaſque deſcripſiſſe, verum etiam plures Codicum Authores indicaſſe, quam non modo unus aliquis, ſed quam omnes ſimul, qui ante me *Saxonicorum* librorum Catalogos ſcripſerunt. Quinetiam, ut plures Codices Chartaſque memoravi; ſic, ut longe accuratius deſcriptos exhiberem omni ſtudio contendi, quatenus per alia negotia quibus me oneratum ſcis, id facere licebat. Etenim, quamvis multam operam curamque in faciendo hoc Catalogo poſui, illum tamen magis etiam perfectum & emendatum edere fas fuiſſet, ſi ab aliis curandis rebus vacare potuiſſem. Errorum enim duorum, in quos in eo lapſus ſum, Tu, Vir Doctiſſime, pro ſumma tua humanitate me admonuiſti. Aliuſque vir doctus, & Amicus, in literis ad me datis de alio me monitum eſſe voluit; atque præter tres hos Errorum in Catalogo locos, neſcio an quiſquam alius ſit, in quo allucinatus ſim. Verum quoad Errores, quibus Typographus lapſus eſt, cum illi ſemper abſens aſſiſtere nequirem, haud in exiguo numero eſſe noſco. Et quod non omnes perinde, ac aliquos indicavi, id non meæ negligentiæ, tribuendum eſt.

Si id (quod alii doctiſſimi homines à me rogarunt) Tu fortaſſe expectes, nempe ut de ſcriptura *Anglo Saxonum*, illiſque quæ ad eam illuſtrandam pertinent, in fine Præfationis diſſererem; quæ de rebus iſtis habeo dicere paucis accipe. Majores noſtros *Jutas*, *Anglo-Saxones*que, cum in *Britanniam* advenirent, Literarum prorſus rudes, quod aliqui putant, fuiſſe, adeo non credo; ut illos ſecum *Runas* (ſive Gothicas literas) attuliſſe, mihi perſuaſum eſt; tum quod in antiquis Temporibus *Septentrionales* populi cis & ultra Mare *Balticum* *Runis* uſi ſunt; tum etiam quod in antiquiſſimis noſtris Codicibus, nonnullæ *Runæ* Romanis literis commiſtæ cernuntur; tum denique quod *Thorn* & *Wen*, quæ *Romanas* Literas amplexi *Anglo-Saxones* retinuerunt, Nomine, Figura, & Poteſtate, puræ putæ *Runæ* ſunt. Quinimo tantum abeſt ut Majores noſtri Septentrionales, cum in *Britanniam* proficiſcerentur, Literarum rudes eſſent; ut, me judice, probabile potius ſit Romanarum Literarum illos, pariter ac Barbaras alias Gentes jam tum notitiam habuiſſe. Pariter, *inquam*, ac Barbaras alias Gentes, ſcilicet, *Francos*, *Germanos*, *Lombardos*, *Vandalos*, cæteroſque Gothorum populos, qui cum Romanis Bello Paceque res geſſerunt, ac in ſcribendo Romanis Literis uſi ſunt. Valde igitur allucinati eſſe videntur, qui *Saxones* noſtros *Romanarum* Literarum cognitionem ab *Hibernis* cepiſſe dicunt, quemadmodum vir ille doctus *Rodericus o Flaharty* in *Ogygia ſua*. Neque minus falluntur, qui illos à Britannis *Romanorum* literas didiciſſe contendunt, quæ aliquorum *Cambro-Britannorum*, qui docte ſcripſerunt, ſententia eſt. Cum contra vero maxime ſimile ſit, omnes tam *Anglo-Saxones*, quam *Britannos*, & *Hibernos*, *Roma-*

Digitized by Google

Romanorum literas à *Romanis* ipſis pariter accepiſſe. Verum hac de re, ut aliis liberum judicium relinquam, citra controverſiam eſt, cum Fide Chriſtiana Majores noſtros Romanarum Literarum ſcientiam & uſum accepiſſe. *Auguſtinus*, dictus *Anglorum Apoſtolus*, qui Evangelium apud eos prædicabat, multos (ut probabile eſt) ſecum attulit libros Latine ſcriptos, ſpeciatim *Gregorii Magni Papæ*, qui illum in *Angliam* miſit, *Paſtorale*, quemadmodum videre eſt in Catalogi noſtri pag. 70. Idem *Gregorius* ad illum etiam miſit magnam Librorum copiam, quorum duo, me judice, in Bibliothecis *Bodlejana*, & C. C. C. C. hodie ſuperſunt. Ab Adventu igitur *Auguſtini* ſenſim inoleſcere apud *Anglo-Saxones* cœpit *Romanarum* Literarum, & Literaturæ uſus; adeo ut fere quicquid ab iis Latinis Characteribus ſcriptum, aut ſculptum vidi, ab illo tempore ſcriptum ſculptumque eſſe conſtat. Etenim Clerus Anglicanus Romanæ Literaturæ diligenter ſtudebat; Clerique ſolius induſtriæ præcipue debetur, quod non tantum *Religio Chriſtiana*, ſed *Humaniores Literæ* & *Scriptura* ipſa ab *Auguſtini* temporibus ad Introitum *Danorum* florerent, & deinde quod ad *Ælfredum* Regem, *Danis* omnia vaſtantibus, penitus non perirent. In iis temporibus ſenſim exoleſcere cœpit *Runarum* omnium, ſi Ð & Ƿ excipias, in ſcribendo uſus, præſertim apud *Auſtralis Angliæ Saxones*, qui *Latinorum* Characterum uſum maxime affectabant. Hinc eſt quod præter Saxa nonnulla & fragmenta Metallorum, nihil fere *Runis* inſculptum extat, vel Membranis inſcriptum, præter Incantamenta quædam quæ *Runis Magicis* exaranda erant, aut quæ arcanis Characteribus ſecreta mandabantur, aut denique quæ ad exercenda Curioſorum hominum ingenia, data opera, eſſe *Runis* occultata videntur. Id genus *Runicæ* ſcripturæ ſpecimina, quæ & ante & poſt Conquæſtum uſque ad Henrici VI tempora exarata ſunt, etiamnum extant. At Librorum Chartarumve a recepto Chriſtianiſmo per *Anglo-Saxones* nunquam quicquam eſſe *Runice* ſcriptum, ſaltem jamjam ſcriptum ſupereſſe, tam certum eſt, quam quod certiſſimum.

Præterea, ut *Runis* ſuis ſenſim relictis, *Romanorum* Characteres uſurparunt *Anglo-Saxones*: ſic Manus, quæ in uſu apud *Romanos* erant, in ſcribendo imitati ſunt. Eæ autem trium generum fuerunt: nempe una, quæ in Grandioribus vel Uncialibus (ut vulgo loquuntur) Literis exarata erat; altera modi parum minoris & rotundioris formæ, quæ ſcribentibus majus commoda erat; tertia, quæ prompte & cum feſtinatione ſcribentibus maxime commoda, ex minuſculis conſtabat. In quibus omnibus ſcripturæ generibus, Codices Chartæque in *Anglia Saxonica*, quemadmodum in *Germania*, *Gallia*, *Hiſpania*, immo & in ipſa *Italia* ſcripſi ſunt.

Grandiores, ſeu *Unciales* Literas uſurpare ſolebant *Antiquarii*, cum antiquos Codices, quos æternum durare voluerunt, deſcriberent. Illis quoque non raro utebantur in Regum, Epiſcoporum, & aliorum Procerum Chartis ſcribendis; ut &, Ornamenti gratia, in exarandis Novorum Codicum Exordiis, ac certis quibuſdam Paragraphis. Atque hoc genus Scripturæ quum Codices, tum Chartæ ab *Anglo-Saxonibus* exarati etiamnum apud nos extant.

Minoris modi Rotundioribus Characteribus uti ſolebant *Librarii* in deſcribendis communis uſus Libris, qui in omnium manibus terendi erant, & in ſcribendis Chartis. Cujus quoque ſcripturæ generis multa Exemplaria apud Nos reſtant. Hujus vero formæ Rotundiores Literas, *antiquos Characteres Saxonicos* nonnunquam in opere noſtro vocavimus; qui etiam, procedente tempore, cum in minutiorem & magis exilem, maceramque veluti formam mutabantur, *Saxonicæ Literæ*; & ex iis formata ſcriptura, *Saxonica manus* κατ' ἐξοχὴν, dici cœperunt. *Saxonica*, inquam, *manus* κατ' ἐξοχὴν dicta erat; & poſt *Conquæſtum* Angliæ, varias adeo ſubiit Mutationes, ut temporis decurſu, ab illa natæ ſunt *Manus illæ omnes*, quas Fori Technicis verbis **The Pipe-hand**, **the Round Text-hand**, **the Exchequer-hand**, **the Square Text-hand**, **the Chancery-hand**, **the Court-hand**, **the Secretary-hand** vocitamus. Porro, *Saxonica* illa dicta Manus maxima ex parte uſitata erat in ſcribendis, exſcribendiſque libris, Cartiſque *Saxonicis*. In ſcribendis vero exſcribendiſque *Latinis*, manu, quæ ad *Gallicam* ſcribendi rationem propius acceſſit, plerumque utebantur *Anglo-Saxones* ab Ælfredi Regis temporibus, quæ idcirco ab *Ingulfo Manus Gallica* dicta eſt. Cum primum ad hoc opus me accincturus eſſem, ſuadentibus Amicis, Literaturæ *Saxonicæ* qui cultores ſunt, *Latinos* Libros, Chartaſque omnes qui ab Anglo-Saxonibus ſcripti, vel deſcripti erant, in Catalogo ponere decrevi; ſed

Digitized by Google

Conſilium mutavi, ubi primum majorem illorum eſſe numerum ſenſi, quam qui in Catalogo, quem mente deſignaram, contineri potuit.

Quoad *Manum* qua utebantur, qui prompte quid ſcribere voluerunt, Manum, ſcilicet, quam *Curſoriam* nos dicimus; illa maxime uſurpata erat in ſcribendis, vèl exſcribendis privati uſus Codicibus, Chartis, & Epiſtolis. Quam ob cauſam perplexa magis, & intricatior eſt, quemadmodum privatorum hominum Manus eſſe ſolent, quam quæ facile legi poteſt. Chartæ tamen, quæ hac manu exaratæ ſunt, ut res ipſa poſtulabat, paulo magis legibiles ſunt. Præterea, multa apud nos monumenta majorum hac in manu exarata ſuperſunt, ut Epiſtola *Waldharii* Epiſcopi *Londonienſis* ad *Berchtwaldum* Archiepiſcopum *Cantuarienſem* data, de qua mentionem feci in Catalogi pag. 259. Verum, exeunte octavo ſeculo, ineunteque nono, hæc manus, *rotundiore, pulchriore, magiſque venuſto* illo ſcripturæ genere in vicem ejus ſuccedente, cœpit exoleſcere.

Cum vero de ſcripturæ generibus, quibus *Anglo-Saxones* uſi ſunt, ſermo mihi ſit, de *Notis*, quibus nonnunquam in ſcribendo utebantur, antequam illum concludam, aliquod breviter dicendnm mihi arbitror, propterea quod illas cum Latinis litteris à Romanis acceperunt. *Notis* vero, quæ apud Romanos uſu receptæ erant, S. *Cyprianus* alias vocum Biblicarum, & quæ rem Eccleſiaſticam ſpectabant, addidiſſe dicitur. *Brachygraphi* autem, qui Notis in ſcribendo utebantur, ab iis *Notarii* dicti ſunt: & quemadmodum *Iſidorus Hiſpalenſis* obſervat, illorum munus erat & officium, ſignorum compendio, Cauſarum Forenſium tam Civilium, quam Criminalium Actiones excipere, perinde ac ab Auctoribus dictata; ſermones Concionatorum, denique nihil non quod Tachygraphiam requirebat, Membranis vel cuivis ſcriptoriæ materiæ currente manu committere. Hoc per *Notas* ſcribendi genus *Gallis Italiſque* magis, quam Anglo-Saxonibus in uſu erat, nonnullæ autem hujuſcemodi Brachygrapicæ Reliquiæ in Codicibus noſtris vetuſtis ſuperſunt, quas cum viderem, animadvertebam.

Præterea, *Styli* ſive *Graphii Metallini* uſum non neſciverunt Majores noſtri *Anglo-Saxones*. Immo Doctiſſimus ille *Anglo-Saxonum* Rex *Ælfredus* in Præfatione præmiſſa *Gregorii Magni* Paſtoralibus à ſe verſis, ſingulis Epiſcopalibus *Angliæ* Eccleſiis, cum libro iſto Ærtel, i. e. *Stylum* ſe ait dediſſe. *Stylo* autem ad ſcribendum in *Pugillaribus* etſi maxime utebantur, nonnulla tamen propria hominum Nomina libro Evangeliorum *Lichfeldenſi* S. *Ceadæ* dicto, quem Catalogi pag. 281 & 290 deſcripſi, inſtrumento iſto *Saxonice* inſcripta eſſe notavi. Hæc breviter de *Styli* uſu, cujus formam exhibuit *Joan. Jac. Chifletius*, in libro *Anaſtaſis Childerici Regis Francorum* inſcripto, paginis 182 & 194.

Denique, Majoribus noſtris *Arcana ſcriptura* in uſu erat; cujus diverſa genera fuerunt. Quædam enim ſcripta, ſola literarum tranſpoſitione; quædam initiales literas pro integris Vocibus uſurpando, aliarum gentium more, (& præcipue *Græcorum* in quorum Codicibus MSS. plurimis hæc genera ſcripturæ reperi, atque ab iis, ut à *Seraphimo* Presbytero Græco accepi, barbare ῥικλὰ & φιλτὰ nuncupata ſunt) occultare ſolebant. Alias autem ſcripturas *Runis* exarando; alias vero, *Runas* vulgaribus litteris permiſcendo; alias denique notas Numerales, Puncta, aliave pro libitu ſigna, Literarum vice uſurpando, occultas reddiderunt. Verum *arcana* hæc ſcribendi genera apud *Anglo-Saxones* uſitata, magis ~~ad~~ exercenda hominum ingenia, quam ad res gerendas idonea fuiſſe ~~cenſeo~~; etſi Romanis præter eos de quibus ſupra dixi, longe alius *Notarum ſuarum* uſus erat, ſcilicet, non tam ad occultandas res ſcriptas; ſed, quemadmodum *Signorum*, quæ Nos Ciphers, *Gallique des Chifres* vocant, ad mandandas ſcripturæ Res majoris Momenti, quas ſolum ab iis quibuſcum Conſuetudinem habebant, intelligi voluerunt.

An Demas, Silas, Epaphras, cum ſexcentis ejuſmodi nominibus qui in libris cum Sacris tum Profanis occurrunt, ſolummodo ſint Abbreviationes Nominum, haud meum eſt inquirere: Lvcanvm *vidimus in præſenti Codice Cottoniano producte ſcriptum pro* Lvcam, *quod tamen fuiſſe Nomen Evangeliſtæ, non poſſum quin vehementer dubitem. Primo enim, ipſe Paulus Apoſtolus eum adpellat* Lvcam. *Deinde Auctoritas Græcorum Codicum in quo ſcribitur* KATA ΛΟΥΚΑΝ *ſine Contractionis Nota, ſaltem autoritatem Latinorum Codicum æquiparat. Tertio, Orientalis Eccleſiæ Patres nunquam, quod ſciam, eum niſi* Lvcam *nuncuparunt. Mitto, quod* Lvca *fuit nomen Syris haud inuſitatum Mitto morem recentiorum Romanorum Nomina ſua* (*magniloquii cauſa*) *augendi, ſicut à* Traio *inſtituere* Traianvm; *à* Diocle Diocletianvm. *à* Magno Maiorem, Maioranvm, Maximvm, Maximinvm, Maximianvm, Maximinianvm; *à* Juſto, Ivstinvm, & Ivstinianvm, *&c. Hoc tantum dico, morem fuiſſe Majoribus noſtris Anglo-Saxonicis, & fortaſſe reliquis Septentrionis gentibus, Latinam terminationem, in Latinis eorum ſcriptis, propriis Nominibus adjungere in* A *terminantibus. Hujuſce rei exempla quædam habes in D Hickeſii Grammat. Anglo Sax. pag.* 173. *ubi doctiſſimus ille vir rectè obſervat* Offæ *Merciorum Regis Nomen in Latina quadam carta ſcriptum eſſe* Offani *Regis. Sic in ejuſdem libri pag.* 170, *ſcribitur in alia carta* —— cum conſenſu et licentia Offani Regis Merciorum. *& pag.* 171. *ſcribitur An. Dom.* incarn. dcclxxxviiii. Indict. uero xii. qui erat an. xxxi regni Offan ſtrenuiſſimi Merc. Regis. *In alia item Carta Originali, quæ extat in Cod. Cotton.* Avgvst. II. *num.* 3. *idem Offa, dicitur* Offanus. *Et in Fragmento Regiſtri Cartarum Wigornienſis Eccleſiæ, quod habetur in Cod. Cotton.* Nero E. 1. *Cernitur Judicium* Conciliabuli in Celhyð. A. D. 789. mediante Offan Rege, &c. *ex quo vocabulo Monachi Latine ſcribentes, uſi ſunt* Offanus. *Eodem plane modo, in veteri Cod. Lambethanæ Bibliothecæ, cujus nota eſt* 149, *ſcribitur* Explicit ðño iuuante Expoſitionis in Apocalipſin Sci Iohannis Libeſ tertius Bedan Famuli Xpi. Do gratias; *Cæterum Codicibus Bodleianæ Bibliothecæ* (Lavd. D. 113.) *& Collegii Orielenſis Oxon. reperitur hujuſmodi Inſcriptio* Expl Expositio Baedani Prbi In Epistvla Ivdae Apostoli. Amen. *Joannes etiam Mabillonius, Vet. Analect. Tom.* 4. *pag.* 521. *profert* Epitaphium Beati Bedani Presbyteri, *à Lutingo ejus Diſcipulo compoſitum, cujus Initium hoc eſt:*

Hoc Chriſti famuli Bedani membra ſepulcro, *&c.*

Quem quidem Bedanum eundem eſſe cum Beda Presbytero ſeniore probat Mabillonius ex libro Bedæ Venerabilis de Vita S. Cuthberti. cap. 37. *Ut verbo dicam, ex his tantum non conſtat, ſcriptoribus Saxonicis morem fuiſſe Nominibus propriis ut & communibus Emphatice poſitis, in* A *finitis, Terminationem Latinam* nvs *adjicere; ad id ut arbitror, adducti, quod in Obliquis Terminantur in* N, *ut* Beda, Bedan; *prout docetur in D. Hickeſii Gram. Anglo-Sax. cap. II. R. IV. & ſubjectis Exemplis ulterius probatur,* viz. Abban-ðun, Acsan-mynster, Æðan-ðun, Assan-ðun, Baccancelð, Baðdan-byrig, Baðecan-pylla, Baðan-ceaster, Beanðan-ig, Bebban-burh, Bedan-fordð, Bedan-heafde, Bofan-ham, Bradan-æ, Cneccan-fordð, Cyppan-ham, Exan-ceaster, Eaxan-muð, Fedan-leag, Fullan-ham, Gnatan-brycge, Hean-byrig, Huntanðune, Menan-tune, Natan-leag, Norðan-hymbras, Olan-ige, Ottan-fordð, Pedridan-muð, Pincan-heal, Scuffan-halch, Seccan-ðun, Taman-peordð-ege, Tinan-muð, Feftan-fudu, Fibban-ðun, Ficgan-beorche, Fintan-ceaster, *cum innumeris aliis, quæ in legendis bonis Autoribus occurrunt.*

Digitized by Google

onginneð myht vel æteamniʒ æfꝛ
XXIV. INCIPIT ARGVMENTVM SECVNDVM
Ioh̄.
IOHANNEM.

ðe goðspellenë an of ðeiʒ-
Incip. IOHANNES EVANGELISTA VNVS EX DISCI-
num Godes
PVLIS Dİ.

onginnaʒ fonueapð mencunga æfꝛ
XXV. INCIPIVNT CAPITULA SECVNDVM
iohan̄.
IOHANNEM. (*numero* 45, *cum interlineari versione Dano-Saxonica.*)

XXVI. *De Lectione in Natali S. Petri.*

XXVII. *Index dierum festorum, in quibus Lectiones desumptæ ex Evang. S. Joannis.*

XXVIII. *Imago D. Joannis juvenili specie nitens, quasi meditans de iis quæ in volumine explicato legerat, cum hoc titulo* O AGIOS IOHANNES. *volitante Aquila, quæ librum unguibus tenet, cum hac inscriptione* Imago aequilae.

XXIX. *Imago Crucis, perinde ac superiores, elaboratissima.*

onginneð godspel æfꝛ · Iohan̄.
XXX. INCIPIT EVANGELIVM SECVNDVM IOHAN.

interlineata versione Dano-Sax. (*quæ maxima ex parte litteris miniatis scribitur*) *insignitum.*

De hujus Codicis scriptoribus, cum quoad S. Textum, tum quoad interlineatam versionem, pluribus pridem scripserunt doctissimi viri Joannes Seldenus, Thomas Mareschallus, & nuperrime D. Thomas Smithus in sua Cottonianæ Bibliothecæ Historia & Synopsi. Quorum auctoritate & exemplo fretus, ego quoque, de iisdem scriptoribus verba quædam facere, haud abs re fore spero. Animadvertat ergo lector eruditus, quod ad calcem Evangelii secundum D. Matthæum, exarata est hæc notula manu Aldredi: ðu lufiʒende God ʒemyne ðu Eadfrið ⁊ Æðilwalð ⁊ Billfrið ⁊ Aldred peccator. ða feorest mið Gode ymb-feoron ðas boc. *Ad calcem autem Evangelii D. Joannis, quid quisque eorum in Codice scribendo, ornando, &c. contulit, fusius enarrat idem Aldredus hisce verbis.*

✠ Eadfrið Biscop̄ Lindisfearnensis Æcclesiæ. he ðis Boc aurat æt fruma Gode ⁊ sc̄e Cuðbehte ⁊ allum ðæm Halʒum ʒimænelice. ða ðe in eolande sint. ⁊ Eðilwalð Lindisfearn-eolondinga bisc̄. hit *uta [** hic errore Aldredi uta videtur scriptum pro innan.*] ʒiðwyde ⁊ ʒibelde sua he uel cuðæ. ⁊ Billfrið se Oncsæ he ʒismiðade ða ʒihtinno ða ðe utan on sint. ⁊ hit ʒihtinade mið Golde ⁊ mið ʒimmum. æt mið Sulfne ofer ʒylded faconleaf fch. ⁊ (*scripta fuit vox* ic, *& deinde abrasa*) Aldred Pybi̇ inditnuf et miserimus mið Godes fultume ⁊ sc̄i Cuðbehtes hit ofer-ʒloesade on Enʒlisc. ⁊ hine ʒihamadi mið ðæm þrim dælum. Matheus dæl Gode ⁊ sc̄e Cuðbehti. Marc̄ dæl ðæm Bisc̄. ⁊ Lucas dæl ðæm hiorode ⁊ æhtuopa feolfnes mið to inlade. ⁊ sc̄i Ioh̄ dæl for hine feolfne (*i.* for his saule) ⁊ feouer ora feolfnes mið Gode and sc̄i Cuðbehti. Þte he hæbbe ondfong ðeh Godes milfæ on heofnum. feel ⁊ fiʒ on eorðo forðʒeong ⁊ ʒiðwyngo. uisdom ⁊ fnyttio ðeh sc̄i Cuðbehtes eadnunga.

✠ Eadfrið. OEðilwalð. Billfrið. Aldred. hoc euange, Dō ⁊ Cuðbehto conscriptum vel ornauerunt.

His patet, S. Eadfridum *octavum Lindisfarnensis Ecclesiæ Antistitem sacrum Textum propria manu descripsisse. Idque quidem tam egregie, ut hic Codex plane ut incomparabile Calligraphiæ Anglo-Saxonum Specimen, dignissimus est, qui in omne ævum servetur. Codicem descriptum illuminavit, principes litteras effinxit, ac imagines plures S. Crucis & Evangelistarum improbo plane labore delineavit & depinxit* S. Æthelwaldus *qui in sedem Lindisfarnensem Eadfrido successit.* Bilfridus *quoque Anachoreta Codicem scriptum ac inluminatum tegmine argenteo, deaurato, gemmisque pretiosis exornavit.* Aldredus *denique Presbyter totum librum versione Dano-Saxonica Boreali glossavit; qui nonnunquam etiam adnotatiunculas suas ad quædam loca præsertim in Evang. D. Matthæi margini adscripsit. Horum virorum nomina (ob tam insignia beneficia ut verisimile est) inserta reperi in Registro Benefactorum Dunelmensis Ecclesiæ (de quo paullo supra) litteris aureis & argenteis descripta.*

Quod tempora attinet in quibus floruerunt hi præstantes viri, notandum est, non omnes in eodem seculo simul vixisse. Etenim S. Eadfridus *in Episcopum Lindisfarnensem consecratus fuit, circa A D.* 688. *quo tandem diem suum obeunte,* S. Æthelwaldus *ad eandem sedem promotus est circa A. D.* 721. *ante quem annum necesse est ut liber à S. Eadfrido scriberetur. Cæterum, si multifaria negotia spectemus, quibus ut par est credere, Eadfridus factus Episcopus impediretur, fas esset conjicere, illum adhuc monachum, tantum opus,* S. Cuthberto *vivente & forsan hortante adgressum fuisse; saltem circa annum Dom.* 686. *Secundum quem computum mille annorum vetustas hujus Codicis Latino Textus adjudicanda est. De* Aldredi *ætate nihil certi habeo quod dicam. Ex dialecto autem Glossæ, & Manu in qua scripta est, illum circa tempora Ælfredi Regis Octingentis abhinc annis, floruisse existimo.*

Hic igitur est ille Codex de qdo mentionem fecit Turgotus (MS. *Cotton.* FAVSTINA A. 5.) *& ex eo,* Simeon Dunelmensis *cum aliis ejusdem Ecclesiæ Historicis, quorum scripta etiamnum servantur in Bibliothecis Bodleiana & Cottoniana. Turgoti verba jam dudum in medium protulerunt laudati viri cl. Joannes Seldenus & Thomas Smithus, quæ tamen describere Lectoris gratia placet.* Qua tempestate dum navis (*quam Monachi Lindisfarnenses, ut evitarent Danos conscendebant, cum Reliquiis, S. Cuthberti corpore, libris sacris,* &c.) verteretur in latera, cadens ex ea textus Evangeliorum, auro ʒemmisque perornatus, in maris ferebatur profunda ----- Itaque pergentes ad mare, multo quam consueverat, longius recessisse conspiciunt, & tribus vel eo amplius milliariis gradientes, ipsum Sanctum Evangeliorum Codicem reperiunt: qui ita forinsecus gemmis & auro sui decorem, ita intrinsecus, literis & foliis priorem præferebat incorruptionem, ac si ab aqua minime tactus fuisset. ----- Porro liber memoratus in hac ecclesia quæ corpus ipsius Sancti Patris (*Cuthberti*) habere meruit, usque hodie servatur, in quo nullum omnino ut diximus per aquam læsionis signum monstratur. Quare plane & ipsius S. Cuthberti & ipsorum quoque meritis qui ipsius libri auctores extiterant, gestum creditur, Eadfridi videlicet venerandæ memoriæ Episcopi, qui hunc in honorem Beati Cuthberti manu propria scripserat. Successoris quoque ejusdem venerabilis Ethelwoldi qui auro gemmisque perornari jusserat. Sancti etiam Bilfridi Anachoritæ, qui vota jubentis, manu artifici prosecultus, egregium opus composuerat. Erat enim in aurificii arte præcipuus. Hii pariter amore dilecti Deo Confessoris & Pontificis ferventes, suam ergo ipsum devotionem posteris omnibus innotescendam, hoc opere reliquerunt. *Quæ verba recitantur in Historia minori Dunelmensis Eccles.* MS. *Cotton.* CLAVD D. 4. *fol.* 18. *omissa tamen mentione Bilfridi Anachoretæ: è regione vero in Margine hanc scripsit nonnemo adnotatiunculam.* Quod Eadfridus & Ethelwoldus Episcopi, Textum Evangeliorum

Digitized by Google

tum S. Cuthberti, qui nunc eſt inter reliquias Dunelmenſ. fecerunt. *Codex autem, in qua habetur hæc Nota, me judice, ſcripta fuit regnante Henrico Angl. R.VI.*

Turgotus ut ex ſupradictis patet affirmat quod in Codice nullum per aquam læſionis ſignum monſtratur, *quin eum litteris & foliis priorem prætuliſſe incorruptionem, ac ſi ab aqua minime tactus fuiſſet. Ego autem Codicem diligenter evolvens haud pauca ſigna quæ eum ab aqua læſum fuiſſe oſtendunt obſervavi. Quos locos Codicis aqua vitiatos, ſi excipias, in cæteris, videas membr. tam perpolitas atramentum etiamnum tam nigrum & nitens, ac ſi ſeptem ſolum ab hinc annis ſcriptus fuiſſet. Qui quidem ſplendor & nitor Codd. Anglo-Saxonicorum antiquiſſ. bonitati atramenti maxima ex parte, meo judicio tribuendus eſt. nuſpiam enim vidi quempiam codicem antiquis Litteris, ſive Græcis, ſive Romanis, ſive Copticis, Syriaciſve, ſive Hebraicis, aut Arabicis, ſive denique Gallicis, Germanicis, aut Longobardicis, exaratum qui perinde ac ſcripta Anglo-Saxonica, priſtinum adhuc retinent ſuum nitorem. Neque vero à me ſolo hoc eſt obſervatum: nam in vitæ S. Cuthberti, Codd.* MSS. *Bodl. & Cotton. ſic dicit antiquus ejus Auctor.* Hunc (*S. Cuthbertum puerum*) beatus Boiſilus pro inſita illi puritate ac pia intentione, præ cæteris dilexit, & ſcripturarum ſcientia erudivit. Sicut in hac Eccleſia (*Dunelmenſi*) ſervatus Codex (*Evangelii S. Johannis, ſeptem quaternionibus conſtans*) in quo eo (*Boiſilo*) docente, ipſe (*Cuthbertus*) didicerat, per tanta annorum curricula, priſca novitate ac decore mirabilis, hodieque demonſtrat.

Specimen denique Verſionis hujus Codicis Dano-Saxonicæ ab Aldredo Presbytero ſcriptæ, hoc in loco proferre placuit,

vel ðu biꝛt vel in heoꝛnaꝛ
ꝛaðeꝛ uꝛen ðu aꝛt in heoꝛnu ꝛie ge-
✠ Pater Noſter qui es in coelis Sci-

halgud noma ðin
ꝛicetur nomen tuum

to cýmeð ꝛic ðin
Adveniat Regnum tuum

ꝛie ꝛillo ðin ꝛuæ iꝛ in heoꝛne ⁊ in eoꝛða
Fiat voluntaꝛ tua sicut in caelo et in terra

hlaf uꝛenne oꝛeꝛ ꝛiꝛtlic ꝛel uꝛ
Panem noſtrum supersubstantialem ða nobis

to dæg
hodie

⁊ ꝼ gef uꝛ ꝛcýlda uꝛꝛa ꝛuæ ue ꝼ-
Et demitte nobis debita noſtra sicut nos di-

geꝛon ꝛcýldgum uꝛum
mittimuꝛ debitoꝛibus noſtris

⁊ ne inlæd uꝛih in coꝛtunge
Et ne inducas nos in temtationem

ah gefꝛig uꝛich fꝛō ýfle.
Sed libera nos a malo.

Quæ quidem verſio Dominicæ Orationis Dano-Saxonica habetur impreſſa, in duobus Libris Anglicis, altero Gulielmi Camdeni, cui Titulus. Remains. *Edit. Lond. an. 1629. pag. 19. Altero Johannis Wilkinſii Ceſtrienſis Epiſcopi, cui titulus,* **an Eſſay towards a Real Character.** *p. 7.*

Clavdivs. B. 4. *Cod. membr. fol. min. in quo continentur, Excerpta Hiſtorica ex Pentateucho Moiſis, atque ex libro Joſue, Saxonicè, & ab Ælfrico Deſloratore Æthelwardo Aldermanno (uti ex Codice Bidleianæ Bibliothecæ Laudino conſtet) dedicata. Folium hujuſce Cod.* MS. *primum deſideratur, in quo extabat pars prior Epiſtolæ nuncupatoriæ Ælfrici ad Æthelwærdum quæ in hoc Cod. ſic explicit* Ic bidde nu on Godeꝛ naman gýꝛ hꝑa ðaꝛ Boc aꝛꝑitan ꝑille. ðæt he hi geꝑihte pel be ðæꝑe býꝛne. ꝑoꝛðan ðe ic nah gepealð ðeah ðe hi hꝑa to poꝛge gebꝑinge ðuꝑh leaꝛe ꝑꝑiteꝛꝑaꝛ. ⁊ hit bið ðonne hiꝛ pleoh na min. Micel ýꝛel beð ꝛe unꝑꝑiteꝑe gýꝛ he nele hiꝛ geꝑꝑit gefihtan.

Fol. 1. b. I. *Excerpta ex libro Geneſeos, ſic*

Incip. On angýnne geꝛceop God heoꝛonan ⁊ eoꝑðan.

Fol. 21. *Habetur hæc Rubrica.* Heꝑ ꝑꝑuteladð ꝑæꝛ ælmihtigan Godeꝛ mildheoꝑtnýꝛꝛ. ⁊ hýꝛ ꝑundꝑa. hu he Abꝑaham geceaꝛ ⁊ hiꝛ bletꝛunga him ꝛealde ⁊ hýꝛ oꝛꝛꝑinge.

Fol. 54. *Habetur hæc Rubrica* Her Cydde God Ælmihtig Hys Mildheortnysse Đe He Abrahame Behet On Iosepe Abrahames Ofsprincge.

Liber autem Geneſeos his verbis

Expl. Ioꝛep ꝑoꝑþ-ꝑeꝑde ꝑa he ꝑæꝛ an hund ꝑintꝑa ⁊ ten ꝑintꝑe. ⁊ hine man bebýꝑigde mid pýꝑtgemange. he ꝑæꝛ gelæd on hiꝛ ꝛtoꝑe oꝛ Egýꝑta lande.

Fol. 73, b. II. *Excerpta ex libro Exodi ſic*

Incip. Điꝛ ꝑind Iꝛꝑahela beaꝑna naman. ꝑe mid Iacobe ꝑoꝑon on Egýꝑta-land.

Expl. Se ꝑe pýnch on ꝑam ꝛeoꝛoꝑam dæge. ꝛý he oꝼꝛlagen. ne on ælege nan ꝼýꝛ on ðam dæge.

Fol. 106, b. III. Her Ongynð Se Đridde Boc Đe Is Genemned On Ebreis Vmecra. ⁊ Leviticvs On Grecisc. ⁊ Ministerialis On Leden. Đæt Is Đenvng-Boc On Englis. Forðan Đe Đæra Sacerda Đenvnga Synd Đær On Aꝑritene.

Incip. Dꝑihten clýpode to Moýꝛe on ꝑæꝑe halgan ꝑuꝑðung ꝛtoꝑe.

Expl. Điꝛ ꝛýnd ða Bebodu. ⁊ Domaꝛ. ⁊ Laga ðe Dꝑihten gefette betꝑuX him ⁊ Iꝛꝑahela ꝑolce on Sinai dune.

Fol. 112. IV. Her Ongynð Seo Boc Đe Is Genemned On Ebreisc Valedaber Đæt Is On Leden Numervs. And On Englisc Getel. Forðan Đe Israhela Bearn Ꝑæron On Đære Getealde.

Incip. Dꝑihten ꝛꝑnæc ꝑitodlice to Moýꝛe on Sinai dune on ðæꝑe halgan ꝛtoꝑe.

Expl. Hi comen to ðam lande. ⁊ mid Iꝛꝑahela beaꝑnum ꝑone eaꝑð geeodon. ⁊ him betꝑýnan dældon. ꝛꝑa ꝛꝑa him dihte Ioꝛue.

Fol. 129, b. V. Her Ongynð Seo Boc Đe Is Genemned On Ebreisc Helle Adabarim. And On Grecisc Devteronomivm. ⁊ On Leden Secvnda Lex. ⁊ On Englisc Seo Æftre Æ.

Incip. Điꝛ ꝛýnd ða ꝑoꝑd ðe Moýꝛeꝛ ꝛꝑnæc to eallum Iꝛꝑahela ꝑolce. begeondan ioꝑdane.

Expl. ⁊ ealle ða ꝛtꝑangan mihta. ⁊ ða miclan ꝑundꝑa ꝑe Moýꝛeꝛ ꝑoꝑhte ætꝑoꝑan Iꝛꝑahela ꝑolc.

Fol. 141, b. VI. *Liber Joſue ſic*

Incip. Hit ꝑæꝛ gecoꝑden æꝑteꝛ Moýꝛeꝛ ꝑoꝑðꝛiðe Dꝑihtneꝛ ðeoꝑan.

Expl. Hi bebýꝑigdon on Sichem on ꝑæꝛ landeꝛ dæle ðe Iacob bohte æt Emoꝑeꝛ ꝛunum Sichemeꝛ ꝑæðeꝑ. ⁊ hit ꝑæꝛ gehloden to Ioꝛepeꝛ beaꝑna lande.

Quod Cod. hunc attinet videtur ſcriptus paullo ante Conquiſitionem Angliæ, per totum illuſtratur Iconibus Hiſtoricis, rudiori tamen manu delineatis. quam plurimis in locis, manu recentiori, inſignitur Adnotationique Hiſtoricis Latinis, nonnulliſque Saxonicis ex Joſe-

pho, Methodio, &c. *Monumentum pietatis majorum noſtrorum ſane ſpectabile?*

TIBERIVS. A. 13. *Codex membr. in Octavo grandiori, in quo continetur Regiſtrum Chartarum, cum libro Terrarum quas poſſidebat* Eccleſia Wigornienſis, *haud multo poſt Conquæſtum Angliæ Scriptum. Ex his Cartis, eas tantum recenſeo, quæ Saxonicè ſcribuntur, aut ſaltem Terminos terrarum Saxonice exhibent, omiſſis reliquis.*

I. fol. 1, b.

II. fol. 3. *Dimiſſio ſive Carta Dimiſſionis terrarum Berhtwulfo Regi in quinque dierum hominum ſpatium, per Alhunum Epiſcopum cum ejus familia in* Ƿeogeꝑna *civitate. A. D.* 849. *Indict.* 12. *in loco qui nominatur* æt Glenne.

III. fol. 6, b.

IV. fol. 9. *De terris* æt Bꝑemeꝑgnaꝑan *quas Heaberhto Epiſcopo dedit Ceoluſſus Rex, Saxonicè.*

V. fol. 16. *Donatio* xxx *Caſſatorum in* Tꝑebingcetun, *Mildredo Antiſtiti & Eccleſ. Wig. per Eanberhtum, Uhtredum, & Adredum, Regulos Huicciorum.*

VI. fol. 20. *Inſtrumentum Saxonicè ſcriptum de* nebbabe *duarum Navium ex portu Londinenſi, quam Æthelvaldus* (Merciorum Rex) *dedit Milredo Epiſcopo & Monaſterio S. Petri in Wigornia.*

VII. fol. 23. *Donatio* 15 *manſſ. id eſt Vici qui nominatur* Timbingcetun *ad Monaſterium* æt Cliꝑe (id eſt, Ƿenbleꝑcliꝑe) *per Aldredum Subregulum Huicciorum.*

VIII. fol 27. *Termini terrarum* æt Eaꝑtun *quas Utelo Epiſcopo & Eccleſ. S. Mariæ conceſſit Æthelbaldus Merciorum Rex. Saxonicè.*

IX. fol. 28, b. *Donatio* VI *manſ.* æt Beꝑhtanpellan, *&* VIII *manſ.* æt Ƿatlinetune, *&* VI *hominum cum omni prole & ſtirpe eorum, Eccleſ. Wigornienſi per Æthelredum Ducem & Patricium Merciorum. A. D.* 880. *Indict.* 5.

X. fol. 30, b. *Inſtrumentum ſuper renovatione Libri ſive Cartæ de* 5 *manentibus quæ nominantur* Eatun; *quam ab Eadwardo Rege Æthelredo Duce & Æthelflæda, &c. impetrabat Wigfrithus Epiſcopus. A. D.* 900. *Indict.* 7. *Saxonicè.*

XI. fol. 32. b. *Carta Venditionis* X *manentium in* Huiccepuðu *Heaberhto Epiſcopo, per Beorhtwulfum R. Merciorum. A. D.* 841. *Regis* 3. *Indict.* 3.

XII. fol. 33. *Termini* XL *Hidarum Oſclaci. Saxonicè.*

XIII. fol. 34. *Donatio terrarum quæ pertinent ad Villam quæ vocatur* WIKAN, *Mildredo Pontifici, per Offam Regem Merciorum.* (*Termini exhibentur cum Latinè tum Saxonicè.*)

XIV. fol. 39. *Dimiſſio* V *Caſſatorum juxta fluvium* Cunicglae, *Leppæ Comiti per Wilfrithum Epiſc. Wigorn.*

XV. fol. 42. *Donatio* V *manent. hoc eſt, vici qui nuncupatur* æt Ductune, *&* V, æt Eyig *Monaſterio Wigorn. per Offam Regem Anglorum.*

XVI. fol. 43.

XVII. fol. 50. *Carta Æthelredi Ducis Merciorum, qua Monaſterium* æt Beꝑclea *reddit ab omnibus Vectigalibus immune, à Monachis* 12 *Hidis Terræ* æt Stoce, *cum* 30 *Mancuſis Auri pro hac immunitate ſolutis. Inſuper, pretio* 60 *Mancuſarum puriſſimi Auri,* 12 *Hidas* æt Stoce *dimittit Cynulfo Ceoluhti filio &* 2 *Hæredibus, ita ut in eorum Defunctorum Jus, ſedes Epiſcopalis quæ eſt Wigorniæ ſuccederet. A. D.* 883. *Indict.* 1. *Saxonicè.*

XVIII. fol. 53. *Donatio Terrarum* æt Auꝑtan, *Eccleſiæ Wigornienſi, per Æthelſtanum Regem. A. D.* 929. *An. Reg.* 6.

XIX. fol. 56. *Inſtrumentum Saxonice Scriptum, de Reconciliatione ſive Concordia facta in Concilio apud* Saltꝑic, *ſuper terris quibuſdam* æt Soppanbyꝛg, *quas tandem Eadnotho* (40 *mancuſis acceptis*) *dedit in æternam hæreditatem Werfrithus Epiſcopus Wigornienſis cum conſenſu Monachorum ejuſdem Eccleſiæ: ea lege ut quotannis ſolveret Eadnothus* 15 *ſolidos clari Redditus D. Epiſcopo.*

XX. fol. 57. *Dimiſſio* 3 *manſ.* æt Biꝛceoꝑ ꝛtoce, Æþelꝑeꝑð *Militi,* (*pro trium hominum diebus*) *per Oſwaldum Archipræſulem. A. D.* 984.

XXI. fol. 58. *Dimiſſio* 2 *manſſ.* æt Stoce Æþelꝑeaꝑð *miniſtro, & duobus heredibus, per Oſwaldum Præſulem, A. D.* 969. *An. Pontif.* 9.

XXII. fol. 59, b. *Dimiſſio* 1 *manſ.* æt Icenantune Æþelꝑeaꝑð *miniſtro, & duobus hæredibus, per Oſwaldum Præſulem, A D.* 967. *A. P.* 8.

XXIII. fol. 60. *Dimiſſio* 2 *manſſ.* æt Icenantune Ꝟulgaꝑo *Miniſtro & duobus hæredibus, per Oſwaldum Huiccciorum Præſulem. A. D.* 967.

XXIV. fol. 60, b. *Dimiſſio unius Hidæ* on Cumtune, *& alterius* on Meꝑꝛce, *Æthelmæro cuidam & duobus hæredibus, per Oſwaldum Archiepiſcopum, cum Conſenſu Monachorum Wigornienſis Eccleſiæ: pro qua quidem Dimiſſione ſolvebat Æthelmærus* 2 *libras Candidioris Argenti, cum* 30 *Ovibus & earum Agnis,* 4 *Bobus,* 2 *Vaccis, & uno Equo.* Saxonicè.

XXV. fol. 61, b. *Dimiſſio* 1 *manſ.* æt Heoꝑtꝑoꝛ, Æþelnoðo *Miniſtro & duobus hæredibus, per Oſwoldum Præſulem. A. D.* 963.

XXVI. fol. 63. *Dimiſſio* 1 *manſ.* æt Coðanhyꝛce, Ælꝑnico *miniſtro & duobus hæredibus, per Oſwoldum Præſulem. A. D.* 963.

XXVII. fol. 63, b. *Dimiſſio* 1 *manſ.* æt Cloptune Ꝟulꝛgaꝑo *Clerico & duobus hæredibus, per Oſwoldum Hpicciorum Archiepüm. A. D.* 985.

XXVIII. fol. 64, b. *Dimiſſio* 1 *manſ.* in Batenhale Ꝟulꝛgaꝑo *Clerico & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Præſulem. A. D.* 969.

XXIX. fol. 65, b. *Dimiſſio unius Hidæ terræ* æt Ꝟitlea *Wulfaro Presbytero, & duobus hæredibus, per Oſwaldum Archiepiſcopum cum conſenſu Eadwardi Anglorum Regis, & Ælfheri Ducis Merciorum, & Monachorum Wigornienſis Eccleſiæ. Saxonicè.*

XXX. fol 66. *Dimiſſio* 3 *Hidarum* æt Bꝛaðingc cotan, *& unius Virgatæ terræ* æt Genen, *cum aliis terris cuidam Presbytero, nomine Godingco, & duobus Hæredibus: per Oſwaldum Archiepiſcopum, cum Conſenſu Æthelredi Anglorum Regis, & Æfrici Aldermanni & Monaſterii Wigornienſis. Saxonicè.*

XXXI. fol. 67. *Dimiſſio unius Virgatæ terræ* at Genen, *cuidam Presbytero nomine* Ꝟulfheah *& duobus hæredibus, per Oſwaldum Archiepiſcopum, cum Conſenſu Eadwardi Anglorum Regis, & Ælfheri Merciorum*

Digitized by Google

ciorum Ducis, & Conventus Wigornienſis. Saxonicè.

XXXII. fol. 67, b. *Dimiſſio* v *manſſ.* æt Ƿeneꝛlæge Ƿulfgaꝛo *Clerico & duobus Hæredibus, per Oſwoldum Archipræſulem. A. D.* 980.

XXXIII. fol. 68. b. *Dimiſſ.* II *manſſ.* in Beonetlæge Eaðmæꝛo *miniſtro & duobus Hæredibus, per Oſwaldum, A. D.* 962.

XXXIV. fol. 69. *Dimiſſio* VI *manſſ.* in Uptun *Cynelmo miniſtro & duobus hæredibus, per Oſwaldum Epiſcopum. A. D.* 962.

XXXV. fol. 70. *Dimiſſio* v *manſſ. in tribus locis Oſulfo fratri ſuo & duobus heredibus per Oſwoldum Prælatum.*

XXXVI. fol. 71. *Dimiſſio* I *manſ.* æt Smitan Æþelnoðo *miniſtro & binis hæred. per Oſwaldum Archi-Præſ. A. D.* 978.

XXXVII. fol. 72. *Dimiſſio unius Hidæ terræ* æt Hýmeltune, *cuidam Famulo nomine Wulfgeato & duobus hæredibus, per Oſwoldum Archiepiſcopum cum conſenſu Eadwardi Anglorum Regis, & Ælfheri Merciorum ducis et monachorum cœtus Eccleſiæ Wigornienſis. Saxonicè.*

XXXVIII. fol. 72, b. *Dimiſſio* III *manſſ.* in Ƿulfninetune Eaðꝛiðo *conſanguineo ſuo &* Ƿulfgiuu *Conjugi ejus, & duobus hæredibus, per Oſwoldum Eboracenſem Archiep. & Wigornienſ. Epiſc. A D.* 984. *A.R. Æthelredi* 5.

XXXIX. fol 73, b. *Dimiſſio* I *manſ.* æt Cuðinclea *Brihtlafo miniſtro & duobus Hæred. per Oſwaldum Archiepiſcopum A. D.* 974.

XL. fol. 74. *Dimiſſio* 4 *manſ.* in Hꝛitinetun, *Gardulfo Conſanguineo ſuo & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Archipræſulem, A. D.* 989.

XLI. fol. 75. *Dimiſſio* 4 *manſ.* in Ƿitleah, *Eadmero Miniſtro & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Præſulem, A. D.* 969.

XLII. fol. 75, b. *Dimiſſio* 2 *manſ. & dimid.* in Oððuncalea & æt Lapepn, *Cynethegno cuidam, & duobus Cleronomis per Oſwoldum Antiſtitem Hwicciorum. A. D.* 943.

XLIII. fol. 76, b. *Dimiſſio* I *manſ.* in Ðeoꝛetanhỳl Ælfꝛeaꝛðo *fideli & duobus Cleronomis per Oſwaldum Præſulem, A. D.* 969.

XLIV. fol. 77, b. *Dimiſſio* 2 *Hidarum &* 60 *Acrarum terræ* æt Ƿulfninꝛctun *cuidam Famulo nomine Æthelwoldo & duobus Hæredibus; per Oſwoldum Archiepiſcopum, cum Conſenſu Eadwardi Anglorum Regis, & Ælfheri Ducis Merciorum, & Monachorum Wigornienſis Eccleſiæ. A. D.* 977. *die Natalis Domini. Saxonicè.*

XLV. fol. 79. *Dimiſſio* v *manſſ.* æt Coðeꝛtune, *Uulfeaho fideli et duobus Cleronomis, per Oſwoldum Archipræſulem. A. D.* 977.

XLVI. fol. 80. *Dimiſſio* 3 *Hidarum terræ quæ nominantur* Hinðe hlep, *cuidam fœminæ Nomine Ælfhildæ et duobus heredibus, per Oſwaldum Epiſcopum, cum conſenſu Eadgari Anglorum Regis, et Ælfheri Merciorum Ducis, et Familiæ Monachorum Wigornienſis Eccleſiæ. A. D.* 966. *in die Natalis Domini. Saxonicè.*

XLVII. fol. 80, b. *Dimiſſio* I *manſ.* æt Hꝛitanlince. *Brihtmæro Miniſtro et duobus Hæredibus, per Oſwaldum Præſulem. A. D.* 969.

XLVIII. fol. 81, b. *Dimiſſio dimid. manſ.* in Heoꝛtlanbỳꝛig Leoꝛꝛino *amico et duobus Hæredibus, per Oſwaldum Wigorn. Epiſcopum. A. D.* 985.

XLIX. fol. 82. *Dimiſſio* II *manſſ.* æt Bꝛaðanbeoꝛghe ⁊ æt Holenꝛeꝛten *Ælfwino nepoti ſuo, per Oſwaldum Wiogurniæ urbis Antiſtitem. A. D.* 988.

L. fol. 82, b. *Dimiſſio* III *manſſ.* in Ƿaꝛꝛebupne *Wynſigo Monacho et duobus Cleronomis, per Oſwoldum, Archipræſulem. A. D.* 977.

LI. fol. 83. *Dimiſſio* I *manſ.* æt Rỳðemæpe leage, *Æthelmundo miniſtro & duobus Hæredibus, per Oſwoldum Archipræſulem, A. D.* 978.

LII. fol. 83, b. *Dimiſſio - - - - - - Hidarum in duabus villis, ſc.* in Teottingctun ⁊ Ælꝛꝛigeꝛtun *Miniſtro cuidam nomine Oſulf, et duobus Hæredibus,* &c. *per Oſwoldum Epiſcopum, cum Conſenſu Eadgari Regis Anglorum, et Ælfheri Merciorum Ducis, et Monachorum Eccleſiæ Wigornienſis. Saxonicè.*

LIII. fol. 84. *Dimiſſio* I *manſ* in Reoðemæpeleage, *Eadmæro Miniſtro et duobus Hæredibus, per Oſwoldum Præſulem, A D.* 963.

LIV. fol. 84, b. *Inſtrumentum partim Latinè partim Sax. ſcriptum, quo Oſwaldus (4 libris acceptis) cum licentia et Conſenſu Monachorum Wigornenſis Eccleſiæ, dimittit duobus fratribus Beorhnægo et Byrhſtano, et hæredibus eorum,* &c. 2 *hidas terrarum* on Moptune. *A. D.* 990. *Indict.* 3.

LV. fol. 85. *Dimiſſio* v *manſſ.* in Cnomman, *Cynelmo miniſtro & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Præſulem. A. D.* 969.

LVI. fol. 86. *Dimiſſio* III *manſſ. duobus in locis, Hehſtano Miniſtro & duobus Hæredibus, per Oſwaldum Antiſtitem. A. D.* 967.

LVII. fol. 88. *Dimiſſio* 3 *Hidarum terræ* æt Ðopnðune *Æthelſtano Miniſtro ſuo, & duobus Hæredibus, per Oſwoldum Epiſcopum, cum Conſenſu Eadgari Regis Anglorum, Ælfheri Ducis Merciorum, & Monachorum Wigornienſis Eccleſiæ. An. Dom.* 963. *Saxonicè.*

LVIII. fol 89. *Dimiſſio* XL *agrorum* in Huneꝛhom, *Leofenatho militi, & duobus Hæredibus, per Eadulfum Archipræſulem. A. D.* 996.

LIX. fol. 89, b. *Dimiſſio* v *manſſ.* æt Tiðelminctune *Ælfweardo fideli & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Archipræſulem. A. D.* 977.

LX. fol. 90. *Dimiſſio* II *manſſ.* æt Blacepellan, *Ælfnotho miniſtro & duobus Hæredibus, per Oſwaldum Archipræſulem. A. D.* 978.

LXI. fol. 91. *Dimiſſio* 2 *Hidarum terræ* on Tæðinctun, (*pro termino duorum hominum vitæ*) *& unius Hidæ* æt Niꝛeboldan, *Miniſtro ſuo fideli nomine Eadric, & uni hæredi, per Oſwaldum Archiepiſcopum cum Conſenſu Monachorum Eccleſiæ Wigornienſis. A. D.* 991. *Saxonicè.*

LXII. fol. 93. *Dimiſſio* III *manſſ.* æt Cliꝛꝛonða, *Æthelwardo Miniſtro per Oſwaldum Epiſc. Wigorn. & Archipræſ. Eboracenſ. A. D.* 988.

LXIII. fol. 94. *Dimiſſio* II *manſſ.* æt Cliꝛꝛonða, *Wihtelmo Miniſtro & duobus Hæredibus, per Oſwaldum Epiſcopum. A. D.* 966.

LXIV. fol. 94, b. *Dimiſſio* VII *manſſ.* æt Tiðinctune *Ætheleardo fideli & duobus Hæredibus, per Oſwaldum Hwicciorum Epiſcopum. A. D.* 969.

Digitized by Google

LXV. fol. 95. *Dimiſſio* v *manſſ.* in Tıbantun *Eadrico miniſtro & duobus Cleronomis, per Oſwaldum Archipræſulem. A. D.* 985.

LXVI. fol. 96. *Dimiſſio* III *manſſ.* in Tıbıngctun *Eadrico miniſtro et duobus Cleronomis, per Oſwaldum Archipræſulem. A. D.* 977.

LXVII. fol. 96, b. *Dimiſſio* III *manſſ. in tribus locis Eadrico compatri ſuo, et duobus Cleronomis, per Oſwoldum Antiſtitem. A. D.* 966.

LXVIII. fol. 98. *Dimiſſio* IV *manſſ. et dimid.* æt Longandune, *Byrnrico fideli et duobus Cleronomis, per Oſwaldum Præſulem. A. D.* 969.

LXIX. fol. 99. *Dimiſſio* III *manſſ.* in Degıleyſpoıd, *Æthelſtano ſuo carnaliter fratri et duobus Cleronomis, per Oſwaldum Archipræſulem. An. Dom.* 989. *Indict.* 7.

LXX. fol. 100. *Dimiſſio* VIII *manſſ.* in Eoplangelabe, Ealhſtano *fideli, per Oſwaldum Præſulem, A. D* 969.

LXXI. fol. 101. *Dimiſſio* IV *Manſſ. in duobus locis,* Pulfpico *et duobus Cleronomis, per Oſwaldum Antiſtitem, A. D.* 963.

LXXII. fol. 107, b. *Donatio* XXXIII *Caſſatorum* in Scottapıt, *Eccleſiæ Wigorn. per Offam Regem Merciorum.*

LXXIII. fol. 110, b. *Dimiſſio* VI *Caſſatt.* æt Stoce, Eadmepo *Miniſtro et duobus Hæredibus, per Oſwoldum Præſulem. A. D.* 967.

LXXIV. fol. 113. *Termini terrarum* in Pıdıandune, *Saxonicè.*

LXXV. fol. 114. *Homilia Saxonica ſine Titulo, in al. autem Cod. inſcribitur* De Initio Creatvræ. & ſic

Incip. Adam ye æpeſt man pæſ geſceapen on neopixna pange. Þſon hiſ ſylfeſ ſynnum þanan adpæfed on þaſ ppæc populð. (*eandem vid. ſupra. p.* 130)

LXXVI. fol. 115, b. *Termini terrarum* æt Cliue. *Sax.*

LXXVII. fol. 116. *Termini terrarum* in Penſeaxan. *Saxonicè.*

LXXVIII. fol. 118. Incipit Codicellvs Possessionvm Hvivs (*Wigornienſis*) Æcclæ. Qvalit Primitvs Dō Et Scæ Mariæ A Religiosis Hominibvs Donatæ. Et Postmodv Ab Iniqvis Qvædam Sī Inivste Vi Sive Fravde Ablatæ.

Codicillum (*ut dicitur*) *cum ſequentibus ſcripſit Hemmingus monachus Eccleſiæ Wigornienſis Sub-prior. Cujus Præfationem* (*fol.* 138, *b.*) *lectu digniſſimam totam hic exhibeo.*

Hvnc Libellvm De Possessionibvs Hvivs Nrī Monasterii ego Hemmingus Monachuſ & Sacerdoſ quamuiſ indignuſ & conſeruuſ ſeruorum dī habitantium in Monaſterio ſcæ dī genetriciſ Mariæ. ſito in urbe quæ Anglice Vuigornaceaſter nominatur. multorum hominum & maxim Domini Wlstani Epī. piiſſimi patriſ nrī edoctuſ relatione et corroboratuſ auctoritate. quædam etiam ex nrā memoria ipſemet quibuſ aut interfui aut quæ nrā ætate facta ſunt intermiſcui. utpote de tīriſ quaſ Francigeni inuaſerunt quæ omnia tanto certiuſ dico quanto ea nrā memoria recolit facta ea maxime intentione compoſui ut poſteriſ nriſ clareſceret quæ et quantæ poſſeſſioneſ tīrarum ditioni huiuſ Monaſterii adiacere ad uictum dumtaxat ſeruorum Dī Monachorum uidelicet iure deberent. quamque iniuſte ui et doliſ ſpoliati hiſ caremuſ. Quid uero utilitatiſ hoc meo labore exerceatur. dei pietaſ meliuſ nouit cui totum committo. quantum tamī ad meā attinet diſpoſitionem. Hec eſt. ut ſiquando Dī grā concedente cor Regiſ iuſtitia qua nunc marceſcet conſolidetur. Lexque quæ nunc iniuſtiſ Principibuſ confuſa eſt iuſtitia fulciente ſtabilietur. Sciat ſiue Epſ ſiue Decanuſ uel aliquiſ Prælatuſ huiuſ Monaſterii dum tempuſ aptum inuenerit quomodo eaſ proclamet. quomodo eaſ expetat. ne ignorantiæ nebuliſ abiconſæ penituſ ex memoria deleantur. Cognitiſ enim cauſiſ. perſoniſ. et temporibuſ quibuſ aut per quoſ quoue modo ipſe tīræ uel Poſſeſſioneſ à Monaſterii dominatione ablatæ ſint. ſatiſ meliuſ et conuenientiuſ quilibet earum proclamator. et ad iuſ Monaſterii quo iuſte ſuppetere deberent. ſtrenuuſ & iuſtuſ exactor ſuam componet oratione. et compoſitam maiori auctoritate diligenter et nominatim ſinguliſ expreſſiſ cauſis. perſoniſ. temporibuſ fulcire prævalet proclamationem. Noueritaut ſtudioſuſ Lector me hoc opuſ non mea p ſumptione ſed plurimorum rogatu. maxime tamī ipſiuſ reuerentiſſimi patriſ nrī iam dicti et ſepe nominandi Domni uidelicet Wlstani Epī iuſſione incepiſſe. cuiuſ orationibuſ ſuffultuſ. ueraciter credo ad finem uſque me perduxiſſe. Solebat nāq; intī iocunda ammonitioniſ ſuæ colloquia quæ nobiſcum ut piuſ Patī frequenter habere delectabatur. non quidē me ſolum expreſſo nomine. ſed cunctoſ frſ quos forte caſuſ ſibi p ſentaverat pigritiæ et deſidiæ arguere. cur noſ otio torpenteſ reſ p cedenti ſiue nrō tempore geſtaſ. de Poſſeſſionibuſ duntaxat Ecclæ nræ nollemuſ litteriſ commendare. cū noſ et plura oculiſ nriſ facta uidiſſemuſ. et ipſe utpote cur uenerandæ ſenectutiſ et ciniciæ multa poſſet recolere. quæ plurimorum nī erant recondita memoriæ. Aiebat etiam non minimum poſteritatiſ nræ temporibuſ ſi litterali memoriæ commendaretur hinc Monaſterio euenire poſſe Deo donante proficuum ſicut e contrario. ſi negligeretur. accideret damnum. dū nulluſ ſupereſſet qui memoria recolere poſſet aut ei ætati rerum geſtarum ueritatem uel ordinem narrare noſſet. Hiſ ſiquidem adhortationibuſ plurimum inſtigatus. ad poſtremum etiam eiuſ præcepto conſtrictuſ. et auctoritate corroboratuſ. hoc opuſ aggredi ſum exorſuſ. in iubentiſ magiſ orationibuſ quam in propriſ uiribuſ confiſuſ. Erat namq; idem Reuerentiſſimuſ Pater nī licet ſclārīrerū minime cupiduſ. huiuſ Monaſterii plurimum ſtudenſ ſemper utilitatibuſ. et ne ſua ut quorundam pī deceſſorum ſuorum negligentia comīiſſa ſibi Ecclīæ damnum aliqō poſteriſ temporibuſ pateretur. pro poſſe ſuo pī cauebat prouiduſ. Unde & ſcrinium Monaſterii coram ſe reſerari fecit. diligenterq; omnia antiquorum Priuilegia et Teſtamenta de poſſeſſionibuſ huiuſ Æcclæ perſcrutatuſ eſt. ne forte cuſtodum negligentia putrefacta. aut iniquorum auaritia forent diſtracta. Cumque ex parte ut putauerat reperiſſet. curauit ſtudioſe et putreſcentia reparare. et quæ iniq; diſtracta fuerant ſtrennue adquirere. adquiſita uero in ſimul congregare. congregataque in duobuſ uoluminibuſ ſtuduit ordinare. In uno quidem ordinauit omīia primitiua Teſtamīta et Priuilegia in quibuſ manifeſtabatur quomodo uel per quoſ primo tīrarum Poſſeſſioneſ huic Monaſterio datæ ſint. in altero uero Cyrographa quibuſ beatuſ Oswaldvs Archiepſ cū adiutorio Regiſ Ædgari terraſ iniuſte à uiriſ potentibuſ. aliquanto tempore poſſeſſaſ. ditioni Æcclæ attitulauit. eaſque regali auctoritate et Senatorum conſenſu. et Principum patriæ teſtimonio data unicuique Cirographi cautione. poſt duorum uel trium heredum tempora iuri Æcclæ abſq; contradictione reddendaſ. Cirographorum etiam exemplaribuſ in Scrinio Scæ Æcclæ ob Teſtimonium collocatiſ. ſuiſ ſcriptiſ Succeſſoribuſ manifeſtauit. Quibuſ ordinatiſ. præcepit cuncta eodem ordine in Bibliotheca ſcæ Æcclæ ſcribi. quatinuſ etiamſi ut aſſolet contingeret qō aliqua negligentia Teſtimentaleſ Scedulæ perderentur. earum exemplaria ſaltem inibi conſcripta. nullatenuſ obliuioni traderentur. Hoc quoque iuxta uelle et imperium ſuum patrato. præcepit adhuc omnia Priuilegia et Cirographa tīrarum

Digitized by Google

rum quæ proprie ad uictum Monachorum pertinent. ſeparatim ex his congregari. eaque ſimiliter in duobuſ uoluminibuſ eodem ordine adunari. qō in hoc codicello eiuſ ut prædixi imperio pro modulo meæ paruitatiſ ſtudioſuſ lector feciſſe me animaduertere poteſt. Dēp cor ergo ut ſi cui hic paruitatiſ meæ labor cordi ſedet. orationiſ mercedem mihi peccatori impendere non deneget. ſi cui uero diſpicet aut ſuperfluum iudicat. ſciat me non faſtidioſiſ et deſidioſiſ. ſed ſtrenuiſ et ſtudioſiſ laboraſſe. eiſque qui pro Scæ Matriſ Æcclæ proficuo et augmentatione non ſolum ſtrenue certare. uerum etiam ſi neceſſe erit et ſemet ipſoſ impendere non dubitant hoc opuſ ſacraſſe. Annuat queſo omnipotens Deuſ ut Scæ Æcclæ honor et poteſtaſ iugiter creſcat et augmentetur ad laudem dnī nrī Ihū Xpī. qui cū patre et ſpū ſcō uiuit et regnat Dṡ in ſclā ſclōrum. Amen.

LXXIX. f. 152. *Termini terrarum juxta* Mýðan, &c. *Saxonicè.*

LXXX. fol. 153. *Carta Athelredi Merciorum Ducis, de* x *Manentt.* in Mannanclıue, *conceſſa Cuthulfo Miniſtro Regis* (*Burhredi.*)

LXXXI. fol. 154. *De* I *Hida terræ* æt Bnaðepaꝼꝼan, *quam contulit Monaſt. Wigornienſi Offa Rex Merciorum A. D.* 589. (lege 789.) *Annoque Reg.* 31.

LXXXII. fol. 155. *Donatio* VI *Caſſat.* in Uꝼeneþneoðun *cum duabus villulis* Cantuanetun uðelicet ⁊ Peoneðoc. *Monaſterio Wigornienſi, per Ceoluulfum Merciorum Regem. A. D.* 875.

LXXXIII. fol. 156. *Donatio* V *Caſſat.* ab Feꝼꝼetnatune, &c. *Monaſterio Wigornienſi, per Eadwi Regem nutu Dei Angul-Sæxna, & Northanhumbrorum Imperatorem, Paganorum Gubernatorem, Breotonumque Propugnatorem. Caraxata in Cirnaceaſtre. A. D.* 956. *An. Reg.* 1.

LXXXIV. fol. 157, b. *Donatio* I *manſ.* in Scipanac, *Monaſterio Wigorn, per Wihburhgam viduam.*

LXXXV. fol. 158. *Confirmatio libertatum terrarum Monaſt. Wigorn. per Ceonwlfum Merciorum Regem. A. D.* 816. *Indict.* 9. *Anno Regni* 20.

LXXXVI. *Termini terrarum* in halheȝan ⁊ Ponteꝼðic. *Saxonicè.*

LXXXVII. fol. 159. *Termini Nemoris cujuſdam prope* Hꝑambꝑocef-ꝼoꝑda. *Saxonicè.*

LXXXVIII. fol. 159, b. *Donatio* XV *Caſſat.* in Cnihtatun Neopanham. *atque* Eaꝑdulfeꝼtun, *Monaſt. Wigornienſi, per Wilferthum & Conjugem ſuam Altam.*

LXXXIX. fol. 161. *Donatio* V *manentt.* in Cꝑohlea, *Monaſt. Wigorn. per Berhtwlfum Regem Merciorum.*

XC. fol. 162. *Termini terrarum ad* Sceppæꝼtune. *Sax.*

XCI. fol. 162, b. *Termini terrarum* ab Heꝑefoꝑðtune. *Saxonicè.*

XCII. *Ibid. Termini* V *hidarum,* ab Tiðelmınctune. *Saxonicè.*

XCIII. *Ibid. Termini terrarum* ab Coðeꝼtune. *Sax.*

XCIV. *Ibid. Termini* V *hidarum,* ab Cꝑomban. *Sax.*

XCV. fol. 163. *Termini terrarum* ab Laꝑenna. *Sax.*

XCVI. *Ibid. Termini Terrarum* ab Cloptune. *Sax.*

XCVII. fol. 163, b. *Termini terrarum* ab Coðanhꝑycȝe. *Saxonicè.*

XCVIII. *Ibid. Termini terrarum* ab Hꝑýðmæꝑlæȝe. *Saxonicè.*

XCIX. *Ibid. Termini Terrarum aliarum* ab Hꝑýðmæꝑlæȝe. *Saxonicè.*

C. fol. 164, b. *Termini Terrarum* ab Wiðleaȝe. *Sax.*

CI. *Ibid. Termini terrarum aliarum* ab Wiðleaȝe. *Sax.*

CII. *Ibid. Termini terrarum* ab Beonetleaȝe. *Sax.*

CIII. *Ibid. Termini terrarum* ab Salopaꝑpan. *Sax.*

CIV. fol. 165. *Termini terrarum* ab Salopaꝑpan. *Sax.*

CV. *Ibid. Termini* V *hidarum* ab Ꝼeneꝼleaȝe. *Sax.*

CVI. fol. 165, b. *Termini terrarum* ab Hꝑitanline. *Saxonicè.*

CVII. *Ib. Termini terrarum* ab Heoꝑtlanbýꝑiȝ. *Sax.*

CVIII. *Ibid. Termini terrarum* ab Smitan. *Saxonicè.*

CIX. *Ibid. Termini terrarum* ab Oððingclea. *Sax.*

CX. fol. 166. *Termini terrarum* ab Hýmeltune. *Sax.*

CXI. *Ibid. Termini terrarum aliarum* ab Hýmeltune. *Sax.*

CXII. fol. 166, b. *Termini terrarum* ab Bnaðiȝeotan. *Saxonicè.*

CXIII. fol. 167. *Termini terrarum* ab Pipian. *Sax.*

CXIV. *Ibid. Termini terrarum aliarum* ab Pipian. *Saxonicè.*

CXV. fol. 167, b. *Termini terrarum* æt Cuðilea. *Sax.*

CXVI. *Ibid. Termini* IV *hidarum* æt Hꝑitintune. *Sax.*

CXVII. *Ib. Termini* III *hidarum* ab Ꝼulꝑintune. *Sax.*

CXVIII. fol. 168. *Termini terrarum aliarum* ab Ꝼulꝼintune. *Saxonicè.*

CXIX. *Ibid. Termini terrarum aliarum* ab Ꝼulꝼeꝼingtune. *Sax.*

CXX. *Ibid. Termini* II *hidarum* æt Peneðoc. *Sax.*

CXXI. fol. 168, b. *Termini* III. *hidarum* æt Aetune. *Saxonicè.*

CXXII. fol, 169. *Termini terrarum* ab Týnðebiȝan. *Saxonicè.*

CXXIII. *Ibid. Termini terrarum* ab Teoðingtune. *Saxonicè.*

CXXIV. fol 173. *Donatio* 2 *manſſ.* æt Suðtune ⁊ æt Bicanmeꝑꝑce. *Brihtnotho Miniſtro per Eadgarum Regem. A. D.* 967. *Indict.* 10. *Regni vero* 13.

CXXV. fol. 175, b. *Donatio* V *manentt.* æt Ductun. ⁊ V. æt Eꝑiȝ, *Monaſterio Wigorn. per Offam Regem Anglorum.*

CXXVI. fol. 176, b. *Donatio* V *Caſſatt.* æt Eatun *Monaſt. Wigorn. per Æthelſtanum R. Anglorum. A. D.* 929. *A. Reg.* 6.

CXXVII. fol. 182. *Compotus ſummarum auri quas Monachi Wigornienſes Willhelmo Conquæſtori ſolvebant, ad quas quidem ſolvendas, ſupellectilium ſuorum pretioſiorum quicquid aureum erat vendebant aut oppignorabant.*

CXXVIII. fol. 185, b. Hep ȝeꝑꝑuteleðhu Wlꝑtan b̄. becom to Biſcopꝑice. *Saxonicè.*

CXXIX. fol. 187, b. De Dvabvs Villis Scilicet Wlfordilea Et Blacawælla Qvas Leofric Comes Et Godgiva Cometissa Monasterio Wigorniensi Contvlervnt. *Sax. & Latinè.*

Digitized by Google

CXXX. f. 189. *Donatio* II *manentt.* ab Seccerlea, *quam* Flfpanbilea *Ruricolæ etiam nominant. Monaſt. Wigorn. per Burhredum R. Merciorum. A. D.* 866. *Indict. V decima.*

CXXXI. fol. 190. *Donatio* II *hidarum* ab Cullaclıre, *Monaſt. Wigorn. per Willelmum R. Angl. A D.* 1067.

CXXXII. fol. 190, b. *Donatio* I *Caſſati* ab Dunhamrtÿde, *Monaſt. Wigorn. per Kenulfum R. Merciorum. A D.* 814.

CXXXIII. fol. 191. *Donatio* III *Caſſatt.* ab Gnimanlea, *Monaſt. Wigorn. per Beorhtuulfum R. Merciorum. A. D.* 851, *An. Regni* 13.

CXXXIV. fol. 192. *Donatio* XV *hidarum quæ* Alfeſtun *nominatur, Monaſt. Wigorn. per Wlfſtanum Epiſcopum Wigornienſem. A D.* 1089. *Indict.* 12.

CXXXV. fol. 196, b. *Dimiſſio terrarum aliquot. Fulquio de Horſlega, per Radulfum Priorem Wigornienſis Eccleſiæ.* (*Termini ſcribuntur Normanno-Sax.*)

CXXXVI. fol. 199. *Donatio terrarum* æt Auſtan, *Monaſt. Wigorn. per Æthelſtanum Regem. A. D.* 929. *An. Reg.* 6.

CXXXVII. fol 200. *Donatio terrarum in* II *locis, Monaſt. Wigorn. per Æthelredum Ducem Merciorum. A. D.* 880. *Indict.* 5.

CXXXVIII. fol. 202. *Donatio* XL. *Caſſatt.* in Reabanoran. *Monaſt. Wigorn. per Offam Regem Anglorum. A D.* 759. *Indict.* 12. *in Menſe Febr.*

Diplomatum & aliorum Inſtrumentorum, quæ temporibus Regum Anglo-Saxonum confecta fuerint, Collectio in Libro grandi Chartaceo qui inſcribitur AVGVSTVS. II. *in quo etiam, cum veris & genuinis Inſtrumentis, haud pauca falſa fictitia & Corrupta reperiuntur quæ Cenſura notavimus.*

1. Donatio terræ in TENID quæ appellatur UUESTANEE, Bercualdo, ſuoque Monaſterio, per Hlotharium Regem Cantuariorum, cum conſenſu Archiepiſcopi Theodori & Ædrici filii fratris ſui (*i. e. ejuſdem Hlotharii.*) Actum in civitate RECUULF, in menſe Maio, Indict. 7. (*i. e. A D* 679.) Eodem die dedit aliam terram in STURIA eodem Abbati, & quo major fides huic Chartulæ adhiberetur, illam roboravit Signo Crucis ✠ quod manu ſua dipinxerit, cæteris adſtantibns idem facientibus. De quo Ritu & conſuetudine hoc tantum in loco lectorem monere viſum eſt. (Hæc Charta litteris Majuſculis ſcribitur.)

2. Donatio x caſſatorum venerando Comiti ſuo Cyniberhtte, ad conſtruendum cœnubium in provincia cui ab antiquis nomen inditum eſt HUSMERAE, juxta fluvium vocabulo STUR. per Aethilbaltum Regem non ſolum Marcerſium, ſed & omnium provinciarum quæ generali nomine Sut-Angli dicerentur. Donationem autem iſtam ampliavit, ut in Dorſo videre eſt. Hæc Carta litteris quoque Majuſculis exaratur, & olim inſerebatur in Pſalterio illo vetuſtiſſimo quod in hac bibliotheca inſcribitur VESPASIANVS A.I. (vid. D. Tho. Smithi Hiſtor. & Synopſ. Bibl. Cotton. pag. xxxv.) tandem autem D. Rob. Cottono jubente, ex libro Pſalmorum exſcindebatur, & hic una cum plurimis aliis affixa eſt.

3. Donatio IV Caſſatorum juxta Sulmonnerburg fideli ſuo Miniſtro Duddono, per Offam (ſive Offanum, ut inferius in hac Carta) Regem Merciorum. A. D. 779. Indict. 2. anno decennovenali 1. Lunari 17. apud Jorotlafordam. (Carta ſcribitur litteris vetuſtioribus Saxonicis)

4. Carta ſuppoſititia Wlferi Regis Merciorum & Mediterraneorum Anglorum, Auſtralium quoque Regnorum, qua donat Deo & beato Petro & Monaſterio ſuo de Medeſhamſted quamplurimas Villas, terras, Eccleſias, Molendina, Sylvas, Piſcaria, Juriſdictiones, Privilegia, *&c.* A.D. 664. Wlferi Regis Septimo, Deus dedit (*Archiepiſcopo Cant.*) 9. (Carta hæc annis haud abhinc 500, à Monachis Petroburgenſibus dolo malo fuit compilata.)

5. Privilegium Libertatis Monaſterii Perſorenſis Quo illud tam liberum ab omni terrenæ ſervitutis jugo, fecit Eadgarus Rex, quam fuit ſub Prædeceſſore ſuo Coenulfo. Cum recenſione Agrorum ſive terrarum (quorum Termini dantur Saxonicè) qui priſcis moderniſque temporibus, à Regibus & religioſis utriuſque ſexus hominibus conceſſi ſunt. A. D. 972.

6. Epiſtola Godefridi Guigornenſis Archidiaconi ad Alexandrum ſummum Pontificem, de veritate cujuſdam Chartæ (fictitiæ) ad Perſorenſem Eccleſiam ſpectantis, ad quam affigebantur figilla tria. Quorum primum fuit illuſtris Regis Ædgari; ſecundum, S. Dunſtani Cantuarienſis Archiepiſcopi; tertium, Alferi Ducis Merciorum.

7. Carta falſa & fictitia (quadringentis circiter abhinc annis deſcripta) qua Monaſterium quod Babpiceſpurpe (ſive S. Edmundi de Burgo) ab omni dominatione omnium Epiſc. liberum eſſe ſtatuit Cnutus Rex totius Albionis Inſulæ aliarumque nationum plurimarum, qui & alias quoque libertates & privilegia eidem Monaſterio confirmat Latinè & Sax.

8. Carta Uuiglafi Regis Merciorum qua Monaſterium in Heanbÿrg cum omnibus pertinenciis ſuis reddit immune à modicis & magnis cauſis, à notis & ignotis præter Vallis & pontis Conſtructionem. Factum in Cpaeſt A. D. 836. Indict. 14. Regni ſui 7. Notandum, quod ad calcem hujuſce Cartæ Originalis, extat explicatio Saxonica terrarum illarum quas à ſupradictis gravaminibus immunes reddebat Wiglafus, aliena & recentiori manu ſcripta, quæ etiam nomen Sigredi Ducis inter nomina aliorum Teſtium Cartæ fidem roborantia ſupplebat. Poſt hæc, manu adhuc recentiori, habetur adnotatiuncula cujuſdam Saxonicè ſcripta, qua dicitur ſupradictas terras poſt mortem quorundam virorum ad ſanctum locum nempe ad Coenobium Wigornienſe venturas eſſe.

9. Exemplificatio Conſuetudinum Abbatiæ Eueſhamenſis à Rondulfo Abbate & ejuſdem loci Conventu ſcripta, licentia Innocentii *III* ſummi Pontificis.

10. Carta ſive Inſtrumentum Venditionis & Emptionis; quâ, in Concilio ad locum præclarum oppidumque regale Lundaniæ collecto; pro 126 mancoſis, Uulfredo Archiepiſcopo dedit Coenulfus piiſſimus Rex Merciorum terram 2 Aratrorum quod Appincg-lond nominatur in oppido Regio (Occidentalis Cantiæ) ab incolis Roegingaham nuncupato. Rurſum, ad Oppidum Regis quod ab incolis Ferneſham appellatur, terram 2 Aratr. in locis nominatis. Ðæt ſuið-huningg-lond æt Gnaronaea. Iterum, in Civitate Dorouernia duas poſſeſſiunculas & tertiam dimidiam id eſt Ðnidda half haga. Et prata duo ad eas pertinentia in orientale parte Stupe fluminis ſita. A.D. 811. Indict. 4. An. Imperii Regis Coenulfi 15. Præſulatus etiam Uulfredi Archi-Pontificis An. 6. prid. Kal. Auguſt.

11. Confirmatio Chartarum Veterum Abbatiæ S. Mariæ de Thorneio, quæ hic recitantur per inſpeximus (uti dicunt) per Ricardum *II* Angliæ Regem apud Weſtm. An. Regni ſui 4to. 20 die Decembr.

12. Confirmatio Chartarum Veterum Abbatiæ Elienſis, quæ hic recitantur per Inſpeximus, per Henricum

Digitized by Google

cum *VI.* Angliæ Regem, apud Weſtmon. 7. Febr. An. Regni ſui ſecundo.

Litera A Reginæ Angliæ ad Magiſtrum R. de Clifford D. Regis Eſchaetorem citra Trentam, qua eum deprecatur, ne Inquiſitionem aliquam faceret de terra quam Prior & Conventus de Mayden-bradelegh habuerunt de dono & excambio D. Johan. de Ripariis in Manerio de Kydememſtre cum advocatione Eccleſiæ prædicti Manerii. Dat. apud Merleberge, 3 die Septembr. Ann. Regni Henrici domini ſui 54.

13. Acta Curiæ Comitatus de terris Wynflædæ, apud Wulfameram, coram Æthelredo Rege, Saxonicè. quæ habentur impreſſa cum Verſione, in D. Georgii Hickeſii Diſſertat. Epiſt pag. 4.

14. Inſtrumentum Venditionis & Emptionis, quo, Ethelmodo Duci terral quaſdam ſexcentis Denariis Vendidit Plegredus, Teſtibus & Conſentientibus Ethelwulfo Rege & aliis A D 859. Indict. 7.

15. Inſtrumentum Emptionis & Venditionis, quo terras quaſdam in Dorobernia Ciuitate, *i. e.* ſex virgis in longitudine & 3 virg. in latitud. Eanmundo Amico ſuo, 120 denariis Argenteis, vendidit Cialulfuſ; Teſtibus & Conſentientibus Æthered. Rege & aliis. A. D. DCCCLXXXVIII. (*i. e.* 888) In dorſo adnotatur, quod Ætheleræ ex Cialulfo emit viam quandam ad terras ſuas ducentem. Saxonicè.

16. Epiſtola Originalis Ualdharii (*Epiſcopi Londinenſis*) Berctualdo totius Brettaniæ gubernacula regenti (*i. e. Archiep. Cantuarienſi*) in qua eum certiorem facit de diſcordiis quæ ortæ ſunt inter Regem Ueſt Sæxanorum & ſuæ patriæ Regnatores: ad quas quidem determinandas & finiendas in Idus Kalendarum Octobrium, in loco qui dicitur Bꝛeguntꝛoꝛiꝺ conventuri erunt omnes Reges ambarum Partium, cum Epiſcopis, Abbatibus & Judicibus reliquis: Conſilium igitur petit Waldharius quomodo ſe gerat inter utramque partem, & utrum licentia Berchialdi, huic concilio intereſſet, ſine qua ſe alio ſubterfugere dicit (ſcripta videtur hæc Epiſt. regnante Coenredo Merciorum Rege, *i.e.* circa A.D. 706.)

17. Inſtrumentum de Reconciliatione facta in Concilio in illâ famosâ loco quæ appellatur Cyningeꝛtun, in Regione Suðꝺꝛieꝛiæ, inter Reges Ecgbertum & Ætheluulfum ex una parte, & Ceolnothum Archiepiſc. Cantuarienſem (qui etiam Concilio præſidebat) ex altera. Ibi Reges agrum illum æt Mallingum ad Eccleſiam Chriſti quæ ſita eſt in Dorouernia Civitate certis quibuſdam conditionibus reddebant; quem quidem Agrum primitus à Baldredo Rege eidem Eccleſiæ in fugatu ejus (illegaliter) donatus erat. Hujuſce vero Reconciliationis duo ſcribenda eſſe ſtatuebant exemplaria, quarum alterum haberet Archiepiſcopus cum Telligraphis Eccleſiæ Chriſti, alterum Ecgberhtus & Æthelwlfus Reges cum Hereditatis eorum ſcripturis. Actum An. Dom. 838. Indictione 1. die 4, feria.

NB. Nomina teſtium (in dorſo) ſequitur hujuſmodi Adnotatio. Pꝛo amplioꝛe ıtaq; conꝼıꝛmatıone. ıteꝛum aꝺꝺucta eꝛt hæc ꝛceꝺula coꝛam Ætheluulꝛum Reꝛem et optımateꝛ eıuꝛ ın uılla ꝛegalı qui appellatuꝛ Uuiltun. hıꝛ Teꝛtıbuꝛ conꝛentıentıbuꝛ et ꝛubꝛcꝛıbentıbuꝛ quoꝛum nomına ꝛubꝛtænotata ꝛunt, &c. *Adhuc etiam in dorſo extat hæc Adnotatio*, Anno ab ıncaꝛnatıone Xpı̄. DCCC.XXXVIIII. Inꝺıctıone. II. Pꝛımo uıꝺelıcet anno ꝛegnı Æðeluulꝼı Reꝛıꝛ. poꝛt obıtum patꝛıꝛ ꝛuı. ꝛactum eꝛt ueneꝛabıle Concılıabulum omnıū Epıꝛcopoꝛum qui eꝛunt ın Auꝛtꝛale paꝛte ꝼluminıꝛ Humbꝛæ. ın loco quæ ꝺıcıtuꝛ æt Aꝛtꝛum. ıbıque pꝛo ꝼırma ꝛtabılıtate hec eaꝺem ꝛceꝺula aꝺꝺucta eꝛt. et cum ꝛıgno Cꝛucıꝛ Xpı̄ ab hıꝛ teꝛtıbuꝛ ꝛoboꝛata. quoꝛum nomına ꝛubteꝛnꝛpꝛænotata ceꝛnentıbuꝛ claꝛe pateꝛcant, *&c.*

In hoc Cod. extat etiam aliud exemplum hujuſce donationis, ad num. 34.

Carta Finalis Concordiæ Saxonice ſcriptæ inter Eadwalam Otheri filiam, & Cynethrytham Ethelmodi Aldormonni Viduam, de terris æt Cenꝛ quas Ethelmodo legavit Osbearhtus nepos ejus ex fratre, ſi ille Cynethrythæ ſuperſtes foret. Huic Concordiæ Teſtis fuit, cum aliis, Ceolnothus ſupra laudatuſ Archiepiſcopus Cantuarienſis.

18. Donatio 25 Manſorum æt Yceantune Thano ſuo *Cloſie*, per Æthelredum Regem totius Inſulæ. A.D. 1001. Indict. 14.

19. Donatio 12 Manſarum æt Meapham fideli ſuo Miniſtro Ealdulfo, per Æthelſtanum Regem Anglorum & Curagulum totius Bryttanniæ. A.D. 939. Indict. 12. (Termini habentur Saxonicè.)

20. Donatio 5 Caſſatorum æt Nıpanham dilectiſſimo ſuo familiariſſimoque monacho, nomine Æuic, per Cneutum Baſileon Angel-Saxonum. (Termini habentur Saxonicè. ſine Anno.)

Sagan af Gaungu Hrolfe, ſeu Hiſtoria Gongii Rolfi, Sturlaugeri laborioſi Regis Ringarikiæ in Norvegia filii. Incipit hæc à commemoratione regis cujuſdam in Gardarike nomine Hreggvithus, cujus filiam Ingigerdem matrimonio ſibi junctam habuit Rolfus. Enarrantur autem omnia incluti hujus herois illuſtriſſima geſta per Geſtriciam, Jotunheimium, Gargariciam, cujus rex deinde factus eſt, atque Angliam, *&c.* necnon cæterorumque principum atque pugilum, utpote regis Geſtriciæ Erici, regis Angliæ Haraldi *&c.* item Vilhialmi cognom. *Svikare*, moduli pygmæi, Thorgrimi Jarli Daniæ, aliorumque quorum paſſim memorat Hiſtoria. C. 40.

Hiſtoria Hialmari Regis Biarmlandiæ atque Thulemarchiæ, ab Anonymo Roduri filio, vigente gentiliſmo ante ſecula octo, Lingua & Runis Sueo-Gothorum antiquis in Membrana conſcripta; Quam ex Fragmento Runici Manuſcripti Vetuſtiſſimi accuratiſſimè delineatam, juxtaque literis recentioribus Deſcriptam, cum verſione gemina Notiſque brevioribus illuſtrare conatur J. P.

Sagan af Kong of Alf og Koppum hanns: ſeu Hiſtoria Alfonis, quæ incipit ab recenſione Majorum ipſius ſc. Ogvaldi, Joſuri, Kioronis & Hiorleiferi, ordine ipſi proximè in Hordalandiæ regno antecedentium: percenſetque deindè omnia hujus herois ſimulque pugilum ejus illuſtriſſima geſta per Norvegiam regionesque alias, donec inſidiis regis Aſmundi maxima ex parte cæſi ac diſperſi eſſent: injectâ etiam mentione aliorum quorundam Regum, utpotè in Suecia Solvonis, Daniâ Oſtenii, & Scanica Hakonis. C 18.

Sagan of Hrolfe Kraka. ſeu Hiſtoria Rolfonis Krakes, Helgonis Daniæ regis filii, in ſeptem partes diviſa, quarum 1. agit de Frotone Danorum quondam rege, qui ob cædem fratris ſui Halfdani, ab ejuſdem filiis Halgone atque Roano, vivus crematus eſt. 2 De eodem Helgone atque Roano, quorum ille ducta Olafu regina Saxlandiæ, ex qua olim Urſam regi Adilo poſtmodum nuptam ſuſceperat, Rex Daniæ factus eſt: Hic profectus in Angliam, ibidem à Hrokero Sævari Jarli filio interemtus eſt. 3. De tribus iſtis pugilibus atque fratribus fortiſſimis, Svipdagero ſc. Huitſerkio & Beigado, qui primum Adilis regis Upſalenſium, deinde Rolfonis Krakes officiarii fuerant 4. De Biodvaro Biarka ejuſque fratribus Elgfrodo & Thorero à pede canino, qui poſtmodum Rex Weſtrogothiæ factus eſt. 5. De Hialtone pugili quodam fortiſſimo regis Rolfonis. 6. De itinere regis Rolfonis ad Adilem Upſalenſem ubi aurum in Fyreſvaldia ſeminaverat. 7. De bello inter Hiorvardum regem Scaniæ & Rolfonem, quod vocatur Sculdenſe, geſto, in quo tandem occubuit Rolfo.

Hiſtoria Vilkini, Theoderici Veronenſis ac Niflungorum, continens Regum atque Heroum quorundam Gothicorum res geſtas per Ruſſiam, Hungariam, Italiam, Burgundiam atque Hiſpaniam. Ex Mss. Codicibus linguæ veteris Scandicæ in hodiernam Suecicam atque latinam traducta, operâ I. P. nunc ſub prelo eſt.

Blomſtur-walla Saga: Sive Hiſtoria urbis cujuſdam Blomſturvall in Africa ſitæ, in qua olim plurimorum Regum principumque filios per Europam atque Aſiam conveniſſe, arctaque inita Societate ſuaviſſimè ibidem aliquid temporis convixiſſe traditur. In quibus deſcribendis multa recenſentur valde convenientia cum Hiſtoria Theoderici Veronenſis vulgo Vilkina Sagan. C. 28.

Wolſunga Sagan edur Saga af Sigurde Fafnisbana: ſeu Hiſtoria Volſungorum, vel Sigurdi Fafnisbanii, incipiens à rege Hunalandiæ Sigone, cujus filius atque ucceſſor erat Volſungus, qui poſt plurimos à ſe relictos filios atque poſteros, inter quos etiam Sigurdus Fofnisbana erat, tandem a genero ſuo Siggeiro Gothorum rege occiſus eſt. Enumerantur autem celebriora Sigurdi geſta per Hunalandiam atque Italiam, quomodo ſc. occiſo Fafnone, Brynhildam Budlæ Gothorum regis filiam, deinceps ea repudiata, Gudrunam Guikonis principis Hiſpaniarum filiam matrimonio duxerat. C. 52.

Sagan af Ragnar Lodbrok: ſeu Hiſtoria Rangneri Lodbrokii regis quondam Daniæ, atque Sigurdi Kings filii: ejuſque duorum cum Thora primum, deinde Aſlauga Sigurdi Fofnisbanum filia conjugiorum, ſuſceptorumque indè filiorum, Biornonis ſcilicet cognom. Jarnſidas regis poſtmodum Sueciæ, & Ivari Benloſas ac Sigurdi *Ormioyes*. Quâ continentur plerumque illorum expeditiones atque bella, in Suecia cum rege Oſtenio, Italiâ, Angliâ cum rege Ella, à quo poſteà ſerpentibus expoſitus erat Rangnerus, quod tandem ſtrenuè ultus eſt filius ejus Ivarus Angliæ totius poſtmodum rex atque Imperator.

Sagan af Magus Jarl, ſeu Hiſtoria commemorans res geſtas Jarli cujuſdam ad Strausburgum in Saxlandia nomine Magi, à Narfe filio Odini ſuum genus ducentis, artiſque necromanticæ magicæque magiſtri quondam primarii, cujus etiam experimenta artis Cæſari Carolo Magno conſpicienda exhibuit quam plurima. Continet alioquin non pauca alia, tam notitiam rerum Germanicarum, Gallicarum atque Græcarum, quam propagationem religionis Chriſtianæ per Saxlandiam concernentia. C. 49.

Sagan af Eigli Einhenta og Aſmunde Berſerkia bane, ſeu Hiſtoria continens res geſtas duorum fortiſſimorum pugilum ſimulque commilitonum Aſmundi atque Egilli: quorum hic Ringeri Smalandiæ regis filius erat. Enarrantur. *viz.* amborum facta, quomodo ſc. occiſis quamplurimis per Sueciam, Gardariciam atque Jotunheimios Vikingis atque gigantibus, tandem generi Regis Hertyggeri in Gardaricia facti ſunt.

Sagan af Illuga Grydar-foſtra: ſeu Hiſtoria de Illuga reguli Scanorum Sigurdi olim ſocio, qui Grydam vel Signim regis Alonis in Alfhemia filiam, magicis artibus novercæ ſuæ in fœminam giganteam, transformatam priſtinæ formæ reſtituit; ideoque Grydarfoſtra, *i. e* nutritius Grydæ cognominatus. C. 6.

Sagan af Hiedine oc Hogna, ſeu Hiſtoria Hedini Hiorandi Serklandiæ regis filii, & Hugonis Daniæ regis Halfdani filii Continens in initio nonnulla de Odino atque Aſiaticis, ut & de Gallorum Serklandorum Norvagorumque aliquot eo tempore claris decantatiſque pugilibus atque Vikingis.

Digitized by Google

Sagann af Olaf Tryggvaſon, ſeu Hiſtoria Regis Olavi Tryggvaſonii Major, à Birgero Abbate olim conſcripta. Quæ inter præcipuas & ampliſſimas veterum hiſtorias, res præcipue commemorat Norvagicas, Suecicas, Finlandicas, Gardarikikas, Curlandicas, Danicas, Anglicas, Francicas atque Græcas, *&c.* Agit quoque de prima Iſlandiæ, Gronlandiæ atque Vinlandiæ inhabitatione; ut & de propagatione Chriſtianiſmi per Daniam, Norvegiam, Sueciam atque Moſcoviam; cum plurimis rebus aliis claris atque memorabilibus, abſolvitur duabus partibus, & 107. Capp.

Sagan af Kong Swerre: ſeu Hiſtoria exhibens vitam atque res geſtas Suerronis regis Norvagiæ, Sigurdi Jorſalafars ex Gunhilda ut perhibetur filii. Qui primum ordini Sacerdotali ab Epiſcopo Roano in *Ferroo* initiatus, deindè dignitati regiæ Norvagicæ fuit admotus, quam deinde innumeris motibus inteſtiniſque bellis involutam, moventibus ei bellum deceſſore ejus Magno Erlingſonio ejuſque ſectatoribus Kuſlungis & Baglis aliiſque plurimis, ægerrime ad mortem ſuam geſſerat. C. 178.

Sagan af Hakon hin gamla, ſeu Hiſtoria Regis Haquini Vetuſti Suerronis filii patris olim regis Magni cognom. *Lagbaker*. Continens varias res geſtas tam in bellis quam pacificationibus inter trina hæc Scandinaviæ regna nationeſque alias ipſi proximè adjacentes C 270.

Ryggiar-Stycke: ſeu pars quædam Hiſtoriarum Regum Scandianorum, incipiens à Magno Bono Olavi Sancti filio, uſque ad Haraldum Gyllium. Continens præcipue res Norvagicas, Suecicas, Danicas, Anglicas & Iſlandicas, ut & nonnullas ad Gronlandiam, Irlandiam, inſulas Orchades, Gardariciam & Græciam attinentes. C. 336.

Knittlinga Saga: ſeu Hiſtoria Knittlingorum vel Knuttonum. Continens res geſtas Regum quorundam Daniæ atque Norvegiæ à Suenone Æſtridſonio uſque ad obitum Valdemari Canuti Ducis filii, præmittendo tamen nonnulla de Regibus illis, qui à tempore regis Haraldi Gormſonii, Suenonem proximè anteceſſerant. Qua occaſione etiam nonnulla proferuntur de variorum olim Ducum principumque bellis pactis atque commerciis, tam in Dania, Suecia atque Anglia, quam aliis Europæ regnis inſtitutis. C. 112.

Harald Rings banes Saga, ſeu Hiſtoria Regis Daniæ Haraldi, continens primum ejus cum patre Ringone bellum, in quo manu propria hunc ipſum occiderat, ac idcirco Rings bana vocatus eſt; Deinde frequentata illius cum amicis patris ſui certamina ſingularia, ac præcipuè cum Sviphaldo, Grimaldo, aliiſque plurimis. C. 20.

Sagan af Halfdane Branufoſtra, ſive Hiſtoriâ continens regis cujuſdam Daniæ Halfdani, tam intra quam extra patriam geſta glorioſiſſimè. Quo ſcilicet caſu primum avito ſolio excluſus, deinde longiſſimis itenerum erroribus per Biarmalandiam, Angliam atque Hiberniam jactatus, tandem ſubjugatam patriam liberaverit atque reſtituerit. C. 22.

Sagan af Sliſa Roe, ſiue Hiſtoria Roani cognom. Probi, tempore regis Suenonis in Dania florentis. Qui in Angliam quandoque negotiandi cauſa profectus, ibidem trium quorundam fratrum nefando aſtu primò deceptus, denique coram judice tanquam furti reus accuſatus eſt. Abſolutus legitimè cognita demum illius innocentia, illorum verò fraudes ſimul detectæ ſunt. Cap 6.

Sagan af Biodvare Biarke, ſeu Hiſtoria Biodvari filii olim Biornonis Scottlandiæ Jarli, ac pugilis Rolfi Krakonis fortiſſimi: qui poſt plurima exantlata cum Rolfone in prœliis contra reges Sueciæ, Hunalandiæ, Ruſſiæ, Norvagiæ, aliiſque pericula, Dux ſimul ac gener ejus factus eſt.

Hiſtoria Rythmica Regum Danorum à rege Dan uſque ad annum 1295. circa tempora Ducis Valdmari & Epiſcopi Jacobi, Danicè conſcripta.

Hiſtoria Danica, continens præcipuè illorum res bellicas in Holſatiâ, Livoria, Suecia atque Germania per decennium geſtas, à morte ſcilicet Chriſtiani III, quæ incidit in annum 1559. uſque ad annum 1571. ſivè pacem Stetinenſem.

Grettla edur Saga af gretter Sterka Aſmundar Syne. Seu Hiſtoria continens res Gretteri Aſmundſonii per Iſlandiam patriam ſuam Norvegiam, Sueciam atque Daniam, *&c.* Geſtas, illorum temporum æqualis quibus in Norvegia Olaus Sanctus, in Suecia Rex Aſmundus imperitarunt. Hiſtoria in tres partes diſtribuitur, quarum 1. agit de Onundi Træfots bello cum Haraldo Pulchricomo, 2. De Grettero ipſo, 3. De Thorſtenio Dromundo Gretteri fratre, tandemque ejus cum Græciæ regina Spe conjugio. Unde etiam hæc ultima pars ſub titulo Speſar þattur inſcribi ſolet.

Sagan af Orme Storolfſon: ſeu Hiſtoria Ormonis Storolfi filii, hominis Iſlandi, ob ſummum corporis viriumque robur ſui ævi inter Septentrionales quondam celebratiſſimi. Qui præter cætera heroica facinora, Bruſonem famoſiſſimum olim Sandejæ inſulæ gigantem interfecit. C. 24.

Sagan af Thorſtein Baar-magn: ſive Hiſtoria Thorſtenii Bæarmagns, Olai Tryggvaſonii primum aulici: deinde regis Godmundi in Glæſiſvaldia Socii; cui in occidendo rege Gejirydero, atque ſubjugando regno ejus Jotunheimio, cui tum ſuberat Glæſiſvaldia, fidam operam præſtitit. C. 14.

Sagan af Fridthiof Frakna, ſeu Hiſtoria de quodam Fridtiofo, qui tempore Belonis reguli quondam Sogniani in Norvegia floruit: Cujus filios Hognum atque Halfdanum, quod variis ſe injuriis laceſſerant, è ſolio poſtea detruſit, ſimulque regno & vitâ eos privavit. Cap. 15.

Floamanna Saga edur Thorgils Orrabeins ſtiupas Saga: ſive Hiſtoria Floamannorum, agens de Norvago quodam, regis Haraldi Gullskiagg temporum æquali, nomine þorgill Orrabein, þorgrimeri Flotdalenſis olim privigno: ejuſque in Irlandia, Norvagia aliiſque locis rebus geſtis ac certaminibus ſingularibus, præcipuè quomodo interfecto Jarnhuſio, ſororem Olavi Jarli Hladejenſium Gudrunam matrimonio ſibi junxit. C. 75.

Sagan af Sorla hin Sterka: ſeu Hiſtoria continens res geſtas Sorlonidis cognom. Robuſti regis Erlingi in Uplandia filii. Qui captis in Blalandia Borkero atque Bolverkero Vikingis, & ad Ejiraſundam devicto rege Suiþiodi hid koldu [*Suioniæ frigidæ*] Daniæque Halfdano Eranuſoſtra, una cum omnibus ſuis filiis atq; Sociis, tandem in Norvegiæ regem evaſit. Cap 20.

Sagan af Grime Lodin-Kinna, ſeu Hiſtoria Grimeri Barbati, deſcribens ejuſdem iter in Gandvikum, ubi ſponſam olim ſuam Lopthænam, magicis Novercæ ſuæ artibus illuc inter giganteis traductam, liberavit, domumque ſecum reduxit. C. 6.

Sagan af Erik Widforla: ſeu Hiſtoria Erici Peregrinatoris, Regis Throndheri in Throndhemia filii qui cum Socio ſuo Erico Danorum principe vaſtum quandoque ſuſceperat iter ad vallum Odini, vulgo *Odens Aker*, juxta flumen Piſonem in India, ut vult hic noſter, olim ſitum. C. 9.

Sagan af Kroke Ref: ſeu Hiſtoria Refonis Stenonis filii natione Iſlandi, qui tempore regis Haraldi Hardradii vixit. De cujus plurimis per Daniam, Norvegiam atque Gronlandiam geſtis multa heic mira pariterque jucunda proferuntur. C. 23.

Sagan af Wiglunde Wana: ſive Hiſtoria Viglunderi Pulcri, viri Iſlandi. In qua exponitur ſummus atque incredibilis amoris illius ardor, quo erga amaſiam ſuam Kettilridam flagravit, cujuſque cauſa innumera ferè perpeſſus eſt pericula, donec voti ſui in ea impetranda compos fieret. Cap. 26.

Sagan af Rodulf hin Spaka, ſive Hiſtoria Rodulphi Sapientis, viri Suionici, temporum Olavi Sancti in Norvegia æqualis. Cujus ut & filiorum ejus Dageri atque Sigurdi, inſignis doctrina ingeniorumque præſtantia, heic accuratiſſimè deſcribitur. C. 6.

Sagan af An Boge-Sveiger, ſive Hiſtoria de Ancne Norvago quodam Boge Sveiger dicto, qui temporibus reguli Ingialdi in Naumdalia compar, cum Ingialdo perpetuas uſque ad obitum ſuum nec unquam terminandas

Digitized by Google

nandas exercuerat lites atque disceptationes. Cap. 22.

Sagan af Rafn oc Gunlaug Orms-tunga: seu Historia exhibens duorum Islandorum juvenum atque Scaldorum Rafneri sc. atque Gunlogi cognom. Serpentinæ linguæ litigia atque contentiones, causâ virginis Helgæ, quam ambo deperibant, exortas. Quâ simul exponuntur nonnullæ aliæ res eodem tempore in Anglia, Irlandia, Scotia, Gothia atque Suecia, regionibus à Gunlogo probè perlustratis, gestæ. Cap. 26.

Sogu Thattur af Stuf Kattar Syne: Seu Historia de quodam Islando nomine Stuf, þorderi Kattas filio, ejusque cum rege Norvagiæ Haraldo mira atque lepida quondam confabulatione ac colloquio agens. C. 3.

Sagan af Gisla Syrs Son: Seu Historia Norvagi cujusdam nomine Gisla Syronis filii, qui temporum regis Haquini Adalsteinii suppar fuit. Quâ exhibentur variæ ipsius peregrinationes exoticæ itemque certamina cum adversariis, præsertim Ejolfo Vorrone à quo occisus est. Alia insuper inspersa sunt historica hominum quorundam peculiaria Norvegiam atque Islandiam incolentium. Cap. 71.

Sagan af Hasna Thorir: Seu Historia continens res gestas Thoreri, dicti Hænsna þorir viri Islandici: ut & clarorum virorum sub idem tempus in Borgarfirdi habitantium. Cap. 33.

Sagan af Hordi og Holmverjum: Seu Historia res gestas describens Hordii Grimkelli filii Islandi, virorum itidem nonnullorum qui antiquitus Holmverjar dicebantur, erantque Socii Hordii fidissimi, æquales temporum Haraldi Pulchricomi Norvegiæ regnum tenentis. Cap. 64.

Sagan af Hrafnkell Goda, seu Historia Hrafnekeli Probi, Islandi, tempore regis Haraldi *Harfagras* in territorio Fliotsdal habitantis, aliorumque inter Islandos virorum fortium atque clarissimorum. Cap. 29.

Sagan af Gudmundar hins Godo Hola Biscups: Seu Historia Godmundi cognomento Boni, Episcopi Holensis in Islandia; describens ipsius Sanctam duram asperamque vitam monachalem, res adversas atque beatum obitum. Quibus recensendis etiam quamplurima exponuntur initio, ad illustrationem originis atque progressûs rerum Ecclesiasticarum Islandiæ, præcipuè Episcopatûs Holensis. Hæc meritò vocari Major potest respectu ad illam minorem, quæ Episcopi hujus multò contractius tradit vitam resque gestas. Cap. 258.

Sogu Gudmundar hins Goda Hola Biscups Ara Sonar: Seu Historia Godmundi Aræ Filii, Holensis Episcopi Minor, sic dicta respectu illius Majoris, quâ itidem ac in hac, præter res hujus Episcopi gestas, dilucidè exponitur universus tum temporis Ecclesiæ status atque propagatio per Islandiam. Cap. 91.

Sagan af Jone Biscups helga Augmunds Syne: Seu Historia de Johanne Sancto, Episcopo primo sedis Holensis in Islandia, ejusque variis ac plurimis Sanctis miraculis agens. Cui ad calcem adjectus est index omnium Episcoporum atque Abbatum Norvegiæ, Gronlandiæ atque Islandiæ, item nonnullorum martyrum *&c.* Alia insuper ad notitiam statûs Ecclesiastici Islandiæ proximè pertinentia. C. 49.

Sogu hins heilaga Thorlak: Sive Historia S. Thorlaci, qui proximè successit Klæng in Episcopatu Scalholtensi Islandiæ. Qua etiam paucis repræsentatur status atque conditio Ecclesiæ, præcipuè Scalholtensis, Islandicæ. Cap. 86.

Sagan af Pall Hola Biscup: Seu Historia Pauli Episcopi quondam Holensis, & successoris Thorlavi, ejus vitæ, doctrinæ, atque mortis. Continens quamplurima ad statum priscum Ecclesiæ Islandicæ pertinentia. Cap. 40.

Thornesinga Saga, Seu Historia Thornesingorum: Agens de prima Islandiæ inhabitatione, ut & de viris nonnullis in ea præstantibus, utpote Snorrone *hin Goda*, Biornone *Hytdala kappe*, aliisque; Nec non de rebus quibusdam Vinlandicis, Norvagicis, Anglicis atque Suedicis, *&c.* Cap. 56.

Sagan af Thorde Hredo og Vidfiardar Skeggia: Sive Historia præclarorum virorum Thordonis atque Skeggonis; quorum ille in Norvegia tempore regis Sigurdi Slefu, hic in Islandia atque districtu Vidfiardensi prognatus erat, indeque Vidfiardar Skeggia cognominatus; de arcta quæ alterutris intererat amicitiâ, certaminibus denique cum viris fortibus ac strenuis, quorum mentio passim injicitur. Cap. 40.

Isferdinga Sagan edur af Hæwarde Hallta: Sive Historia virorum aliquot in districtu Isfirdingensi Islandiæ habitantium, ac præcipuè Havardi *Haltæ*, id est, Claudi; quibus modis filioli sui Olavi à þorbiorno in Laugabole olim occisi cædem ultus fuerat. Factâ passim mentione aliorum præcellentium virorum, utpote Lioteri, þorkelli, þoralfii, Atlæ, Sten þoreri, *&c* eorundemque inter sese certaminum atque contentionum. Cap. 34.

Sagan af Finnboga Rama: Seu Historia agens de quodam Norvago, qui primum Urdarkattur, deindè Finboga cognom. Rama dictus est, Asbirni olim in pago Eiire inque districtu Flatejadensi filio. Qui legationem pro Hacone Norvagorum Jarlo ad Johannem regem Græciæ suscipiens, varia ac egregia ibidem alibique passim, sed præcipue in Islandia ubi deindè domicilium suum fixit, perpetravit facinora. C. 46.

Liosvetninga Saga, eda Reikdala: Seu Historia Liosvetingensis, agens de nonnullis Islandis, utpote þorgero hin goda, ejusque posteris in Liosavatne habitantibus; item Gudmundo hin Rika, þorere Helga, þorkello Geitisonio aliisque plurimis: quorum mentio passim in Sturlæsonio, Hist. Olavi Tryggvasonii, alibique occurrit. Cap. 55.

Helgas og Grim Droplaugers Saga: Seu Historia agens de duobus Islandis Helgone atque Grimero þorvalderi filiis, ex Isi Drauplagera natis, à qua etiam cognominati sunt. Eorum denique plurimis clarissimisque cum aliis viris fortibus ac strenuis, utpote Helgone Aebiornsonio, þorgrimo Tordysilsio cæteriisque, certaminibus. Cap. 22.

Brandkrossa Thattur: Quæ itidem agit de Drauplageri filiis Grimero atque Helgone illorumque origine. Nomen autem eis inditum est ob bovem quendam Brandkrossa dictum, quem fratres illi subdole necuerant. Res singillatim pertractat Islandicas. C. 6.

Sagan af Eyrik Rauda: Seu Historia Erici Rubri þorvalderi filii, qui in Islandia tempore regis Olavi Trygvasonii floruit. Agit etiam de navigatione Norvagorum in Gronlandiam, Skrællingialandiam & Vinlandiam, *h. e* Indiam Occidentalem, *&c.* C. 22.

Thatter af Thorsteim Thorarins son: Historia seu res gestæ Thorstenii þorarini filii, in Sunadal Islandorum habitantis. Quæ multum convenit cum Historia Liosvetingensi. Cap. 9.

Brodd Helgas Saga, Seu Historia Helgonis cujusdam Islandi, aliorumque virorum privatorum in Islandia tum temporis florentium.

Sogu Tattur af Thorsteim Austfyrdska, Seu Historiola de viro quodam Islando nomine þorstein, tempore regis Magni hin Godas. Cap. 4.

Sogu Thattur af Sneglu Halla: Sive Historia exponens res gestas Scaldi cujusdam Islandi tempore regis Haraldi Sigurdi filii. Cap. 12.

Eigla edur Saga af Eigil Skalla Grims Son, Siue Historia de Egillo Islando Grimeri Calvi filio, ob artem Scaldicam sui temporis clarissimo, agens.

Banda-manna Sagan, edur Sagan af Ofeige Skidason og Odde Ofeigson: Seu Historia Bandomannorum, Continens res gestas patris Ofeigeri Skidasonii & filii Oddenii. Quorum hic mercaturam exercens per Norvegiam, Daniam, regionesque alias, tandem in Islandia substitit, ubi ad pagum Mel diutinè deinceps habitavit. Cap. 12.

Watns-dala: Seu Tractatus describens primam inhabitationem tractus Vatnedalensis Islandiæ australis; ut & res gestas insignis cujusdam Islandi qui eodem tempore vixit, nomine Ingemundus hin Goda ejusque quatuor filiorum, Thorstenii, Jokuli, Hugonis atque Thoreri strenui, prudentia necem patris sui ulciscentium. C 55.

Sogu Thattur af Audunne nockrur: Seu Historiola agens de Islando quodam nomine Audum, ejusque in Norvegiam atque Daniam peregrinationibus, rebusque

Digitized by Google

buſque geſtis in bello inter regem Norvagiæ Haraldum & Daniæ Suenonem, *&c.*

Kormaks Saga: Seu Hiſtoria agens de Iſlando quodam nomine Kormak, qui temporum regis Haraldi Grafeldii ſuppar fuit: ejus itidem recenſentur cum cæteris pugilibus crebri conflictus atque velitationes. Inſperguntur paſſim plurima de veterum legibus atque inſtitutis diſciplinæ bellicæ, ac præcipuè certaminum ſingularium. Cap. 32.

Sagan af Wiga Glume: Seu Hiſtoria de quodam Norvago Ejiarfirdenſis pagi incola nomine Glume; plurimiſque aliis viris atque pugilibus, qui vel affinitate vel rebuspræclarè geſtis huic proximè acceſſerant. Cap. 58.

Sagan af Thorgeire Hævar-Syne og Thormode Kolbrunnar: Seu res geſtæ duorum Norvagorum atque Sociorum, Thorgeiri ſc. & Thormoderi, tempore regis Olavi Sancti cujus erant miniſtri aulici. Quorum ille poſt plurimas perpetratas clariſſimorum virorum cædes, in Iſlandiam fugit, ubi aliquanto poſt operâ gigantum Thorgrimeri atque Thoranni Otsas occiſus eſt; hic verò in Gronlandiam profectus, & ibi & aliis in locis, propter certamina ſua ſingularia atque vaticinandi facultatem inclaruit. Cap. 60.

Sagan af Katle Hang, Seu Hiſtoria vel res geſtæ patris ac filii, Ketilli ſc. ac Grimonis Hirſutigenæ, quorum ille olim inſulæ Rafniſtu in Norvegia præfuit, plurimiſque egregiis facinoribus per Norvegiam atque Biarmelandiam inclaruit, præcipue poſtquam Satonem Fradmarum, alioſque Vikingos occidiſſet; hic verò poſt liberatam uxorem ſuam Lopthænam à gigantibus Ganvicenſibus, in Norvagia plerumque vitam ſuam tranſegit. C. 9.

Sagan af Orvar Odder: Seu Hiſtoria Orvari Odds, filii Grimeri Lodinkinnas. Tradens ejus atque Sociorum res geſtas atque expeditiones navales in Finmarkiam, Biarmalandiam, Sueciam, regnante ibi Ludovico, Irlandiam atque Angliam, in qua Skolloni contra regem Jatmundum auxilia tulerunt; nec non mentionem faciens aliorum aliquot conflictuum atque certaminum cum Vikingis atque gigantibus aliis, utpote cum Angantyro ejuſque II. fratribus in inſula Samſoo cum Augmundo, cum Hialmaro atque Theodoro Stafnglamaro aliiſque plurimis, fortitudine ſua atque crudelitate terribilibus. Cap. 37.

Granlands Annale: Seu Gronlandiæ Annales incerti auctoris. Continent breviter ea, quæ à prima ejus occupatione per Norvagos An. 986. ad Annum uſque 1477. geſta ſunt: Ac primo quidem agunt de navigatione Erici Rubri in Gronlandiam, ejuſque familia atque poſteris; ſequuntur Annales Flatejenſium, Vinlandiæ (nunc Americæ) atque Skrællingorum, aliarumque inſularum propè adjacentium, *&c.* quibus ad calcem adjecta ſunt nonnulla collectanea è veterum Hiſtoriis, Regum atque Epiſcoporum diplomatibus, quæ unicè ſpectant ad cognitionem hujus populi, ſtatus Eccleſiaſtici atque Politici.

Sagan af Herman oc Jarlman: Hiſtoria Hermanni & Jarlmanni, duorum in Frachlandia Principum, atque Sociorum perquam fidelium. Quæ etiam continet nonnullas alias res tum temporis per Serklandiam hid Miklu dictam, apud regem Rudentium, & regnum Miklagardiæ apud virginem Rikat geſtas. Cap. 24.

Sagan af Sigurde Thogla, Hiſtoria Sigurdi Taciturni regis Ludovici in Saxlandia filii. Quæ præter prædicti principis res geſtas, etiam perplurima adfert ad Synchroniſmum Imperiorum Frachlandiæ, Hornſetulandiæ, Lombardiæ atque Tartariæ conducentia. C. 57.

Sagan af Ulf Uggaſon: Hiſtoria Ulfonis Uggaſonis filii, principis quondam Normandici. Qui una cum ſodali ſuo Ario regis Modronis in Perſia filio, Skroggonem Serklandiæ principem una cum 15 fratribus ſororibuſque interfecit. Cap. 15.

Sagan af Geirarde Jarl: Hiſtoria exhibens res geſtas Geirardi Jarli, æqualis temporum Caroli Magni, cujus filiam Ellinburgam in matrimonium habuit; Itemque filii ejus Wilhialmi, Fracklandiæ tum temporis regis, quo in Miklagardia Kyrilacius, in Dania Kanutus Sanctus imperitarunt. Etiam hæc Hiſtoria admodum convenit cum illa Mauſi atque Laici. C. 11.

Sagan af Nicolaſe Leikara: Hiſtoria Nicolai Leikaras, à ſapientia ſua ita dicti, regis olim Faſti in Hungaria filii, ejuſque cum Saxorum regis filia conjugii. Inſperſa paſſim nonnulla de rebus Hungaricis Saxlandicisque. Cap 17.

Sagan af Huga Skapler: Hiſtoria Hugonis Skapleri, à Conrado Heimdorfero olim conſcripta. Qua continentur illuſtriſſima ineluti hujus Galliarum regis per totum regnum, terraſque alias, utpotè Brabantiam, Hollandiam, Angliam, *&c.* Geſta, victoriarum itidem memorabiles caſus. Cap 83

Sagan af Karlà Magnuſe og Koppum hans: Hiſtoria Caroli Magni ejuſque pugilum atque ducum. Tradens Glorioſiſſimi Herois præcipuas res geſtas à primo illius ortu uſque ad ejus obitum, juxta partes ſeu membra, quorum 1. Agit de ejus natalitiis, coronatione, &c. præcipuè de Carveti Babyloniorum regis cum Oddgeiro Dano pugna ſingulari. 2. De Rege Africanorum Aglando ejuſque filio Jamundo, eorundemque cum Carolo in Hiſpania bellis. 3. *Bruar-Thattur,* de Rollantio duce Caroli, ejuſdem cum rege Hiſpanorum Villalino certaminibus ſingularibus, hujuſque captivitate. 4. De Oruelis ducis Ethricci ad fidem Chriſtianam converſione, initoque deinde conjugio cum Caroli Magni filia. 5. Hugons þattur edur Geipler, de Hugone rege Conſtantinopolitano, ejuſque ac cæterorum pugilum factis memorabilibus. 6. Ferakuts þattur, de regis Hiſpaniæ Ferakuti bellis cum Carolo Magno, ac tandem omnium ſubditorum totius regni ejus una ſecum converſione ad religionem Chriſtianam. 7. Runſivalds þattur, de rebus Caroli geſtis in Runſivallia; denique morte Caroli Magni.

Sagan af Tertram oc Plato: Hiſtoria Tertrami atque Platonis, filiorum regis Arturi in Frachlandia: quorum hic Cæſari Agrippæ in Aſſyria, ille patri Arturo in Fracklandia ſucceſſit. Continet res Indicas, Græcas, Aſſyriacas atque Fracklandicas, *&c.* Cap 52.

Sagan af Conrad Ridgards Son: Hiſtoria de Conrado Rigardi Cæſaris in Saxlandia filio, atque illius ſodali Rodberto Rogeiri Jarli ibidem filio; eorundemque longinquo per Micklagardum, ubi deinde rex factus eſt Conradus, Serklandiam atque Babylonem itinere. Cap 22.

Sagan af Partalopa: Hiſtoria continens res geſtas Partalopæ, principis quondam Fracklandiæ atque regis Ludovici filii: deſcriptionem urbis Pariſienſis in Fracklandia à Brettanorum rege olim obſeſſæ; denique nuptialis feſtivitatis Partalopæ cum Mormoria Emanuelis Græcorum vel Miklagardiæ regis filia. Cap. 11.

Sagan af Victor og Blaevs: Hiſtoria Victoris regis Wilhialmi in Fracklandia filii, atque ſodalis ejus Blaevi. Commemorans plerumque res Chaldaicas, Indicas, Fracklandicas ac Serklandicas, ut & conjugia horum principum, nempe Blaevi cum Roſida Serklandorum regis filia, & Victoris, qui poſteà rex Serklandiæ factus eſt, cum Fylgida Blaevi ſorore. C. 33.

Sagan af Elis: Hiſtoria de Elis Ducis Julii in Heliga Egidii regnantis filio. Mentionem quoque faciens urbis Balleursborg, cujus rex olim vocabatur Jubin, qui Roſemundum Maſeaberti regis in Sabreborg filiam, devicto primum Jubino, deindè patre Maſeaberto, in matrimonium duxerat, factus rex Fracklandiæ. Cap. 47.

Sagan af Mirmant og Seſſelia i Sikiles: Hiſtoria Mirmantii, Hermanni Jarli in Saxlandia filii. Qui in Fracklandia apud regem Ludovicum educatus, ducta Seſſelia regis Wilhialmi in Sikilis filia, tandem rex Sikilenſis factus eſt. Cap. 32.

Sagan af Gibbon: Hiſtoria de Gibbon, Wilhialmi Fracklandiæ regis filio, qui junctim cum filio ſuo Eskiuparto Fracklandiæ imperitavit. Continet præterea nonnullas res Græcas atque Aſiaticas, præcipuè quas Saxlandiæ rex Plato, Aſperus Jarlus, regina Indiæ Florentina geſſerunt. Cap. 36.

Trojomanna

Digitized by Google

Trojomanna Sagan: Seu Hiſtoria Trojanorum. Continens deſcriptionem obſidionis Trojæ, omniumque iſtorum Heroum facta illuſtria, qui eo in bello inclaruere, omnium Hiſtoricorum annalibus decantati juſto hiſtoriæ ordine. Primum de Jaſone atque Hercule, eorumque profectione in Colchos memoratur. Proximè de Hellenæ raptu, atque exorto inde decennali bello urbiſque excidio. Denique de heroibus Græcis atque Aſiaticis qui eo bello inclaruerunt. Cap. 56.

Thattur af Wilhialme Baſtarde. Hiſtoria exponens res geſtas Vilhialmi Conqueſtoris regis Rodberti in Anglia filii ex Gunhilda ſorore Adalradæ: ut & aliorum aliquot regum principumque Angliæ, utpote Jatvardi Sancti, Haraldi Gudinaſonu, Gudini Jarli & Sigurdi Jarli Gloceſtrienſis. *&c.* Cap. 10.

Sagan af Aleſleck: Hiſtoria de rege Angliæ Alefleckio Ridgarei filio ejuſque in Indiam ac Tartariam peregrinationibus, tandemque cum regina Hludgerda conjugio, ſuſceptiſque ex connubio filiis Vilhialmo & Olafo. Cap. 16.

Sagan af Artus Fræga: Hiſtoria de tribus fratribus, Carolo, Vilhialmo atque Arturo cognom. Fræga, Regis Angliæ filiis, qui ad inquirendum Phœnicem, ut eâ curaretur morbus immedicabilis patris illorum, in ultimas uſque Indiæ oras miſſi ſunt. *defect.*

Sagan af Gabon oc Vigoles: Hiſtoria continens res geſtas Gabonis & Vigolii patris & filii, duorum clariſſimorum in Anglia pugilum, tempore regis Arturi florentium. C. 42.

Sagan af Samſon Fagra: Hiſtoria Samſonis Pulcri, conſtans duabus partibus. Quarum priori exhibentur variæ res tempore regis Arturi in Anglia, Irlandia Brettlandiaque, ac præcipuè inter Samſonem prædicti Arturi regis filium atque Quintalianum cognomento *Quinnotiuſ* ob raptum virginis Valentinæ, geſtæ. Poſteriori Traduntur nonnulla ad Septentrionalium regionum & præſertim Glæſiſvaldenſium atque Riſlandorum notitiam ſpectantia. Cap. 31.

Sagan af Wilhialme Siod: Hiſtoria Vilhialmi Siods Ridgardi Anglorum regis filii, qui primum Angliæ, deinde Babylonis atque Ninive rex factus eſt. Qua occaſione etiam aliarum rerum in Saxlandia, Babylone, Græcia, Africa, ac præcipuè in regione Eiricæa Gigantum quondam imperio, alibique geſtarum mentio paſſim injicitur. Cap 76.

Sagan af Ivent England Kappe: Hiſtoria de Ivento regis Arturi in Anglia pugile inter Magnates carliſſimo. Continens ejus cum gigantibus atque Blamannis plurima atque periculoſa certamina. Cap. 12.

Sagan af Erik Englands Kappe: Hiſtoria tradens res geſtas Erici reguli Hiaci filii, atque regis Arturi in Anglia pugilis quondam dexterrimi; Itemque ejus cum Ovida matrimonii conſortium dulciſſimum. C. 13.

Sagan af Herra Biewus, Hiſtoria domini Bievi, Ginonis Jarli in Anglia filii, ejuſque cum Joſvena regis Ermenriki in Egypto filia conjugio. In qua exhibentur plerumque res aliæ in Anglia atque Ægypto, aliiſque locis Africæ atque Aſiæ, geſtæ. Cap. 16.

Brettomanna Saga: Hiſtoria Gentis Anglicanæ vel Brettanorum, incipiens à prima ejus origine, ſcilicet quo tempore Heneas Trojanus illuc navigaverat; & progrediendo uſque ad tempora Conſtantii Conſtantini Magni patris, enumerantur ſingula quæ ad illuſtrationem Hiſtoriæ atque Antiquitatum hujus gentis regumque pertinere poſſunt. Cap. 33.

Sagan af Lais, Hiſtoria Ludovici, quæ trium principum res geſtas in ſe continet, 1. De ipſo Lais, *i. e.* Ludovico, regis Henrici in Anglia filio, ejuſque in Daniam atque Norvegiam itineribus. 2. De Rolfero Skuggafiſle, Ingialdi Jarli filio, qui ducta Sigride Ringeri regis Angliæ filia, Rex Angliæ deinde conſtitutus eſt. 3. De Wilhialmo Lais filio, ejuſque rebus geſtis in Anglia. Qui omnes temporum Caroli Magni atque Maus Jarli æquales erant. Ideoque ob rerum tractationem ſingulis communem, in quamplurimis convenit hæc Hiſtoria cum illa Mauſi Jarli. Cap. 12.

Hiſtoria Rythmica regis Angliæ Arturi: quæ oritur à commemoratione amicitiæ atque fœderis inter Arturum atque Carlomannum Franciæ regem, facta continuatione in deſcribendis ejus rebus geſtis, uſque ad illius obitum. Danicè conſcripta.

Rodberts Thattur, Seu res geſtæ Roberti, Wilhialmi Baſtardi Angliæ regis filii, aliorumque Chriſtianorum in expeditione ad terram Sanctam fama nominis clariſſimorum.

Litill Thattur Kirkna Rans og aſokna i Einglande, a dogum Theirra tveggia Erchiviſcupe St. Anſhelmi og St. Thomaſas Cantæuarienſis: Hiſtoriola Spoliationis templorum atque Monaſteriorum in Anglia olim peractæ juſſu atque voluntate regis Vilhialmi, Wilhialmi Baſtardi filii, *&c.* Adjecta eſt hiſtorica relatio de proſcriptione Sanctiſſimi patris Anſhelmi ex Anglia, cæterorumque aliquot Presbyterorum.

Excerpta Quædam ex Epiſtolis J. N. Salani Ad Librorum Septentrionalium Notitiam Spectantia.

Doctori Georgio Hickesio

S. Pl. D. JONAS N. SALANUS.

---------- Præſidem ipſum, Nobiliſſimum Secretarium *Peringskioldium* adire non licuit, cùm ruri otia æſtiva perageret, ſed tamen amicum quendam rogitare, immo literis meis ſollicitare non omiſi, ut indicem Mss. Archivi Regii ſelectiorum communicaret, & ſiquæ alia in rem veſtram futura eſſent. Quod etiam ipſe promptiſſime pollicitus eſt, ut haud dubitem quin pro eo quo flagret erga publicum ſtudio, Tibi, per literas, ſi non Catalogum Mss. ſaltem impreſſorum vel jamjam imprimendorum, An. 1690. in folio editum jam adauctum tranſmittat; quod ſi neglexerit ſtatim indica, & ego illud faciam. Cum Bibliothecarii Upſalenſis Vicario Domino Enbergio de ſuis Mss. indicandis egi, ſed ſerò teſtabatur nihil fere ultra Teſtamento legatum iſtud Delagardianum, quod ad ſtudium Antiquitatum pertineat, in Bibliotheca iſta reperiri; ſi quidpiam autem forte reperiatur, certis indicibus adhuc non eſt deſcriptum. Quod quidem B. Elias Obrechtus Prof. & Bibliothecarius Upſal. in ſe ſuſceperat, ſed morte præventus, id exſequi non potuit, nec illos univerſales Catalogos tam librorum impreſſor. quam Mss. per Sueciam totam conficere, ſicut in animo habuit. Quod typis Rudbeckianis hiſce annis impreſſum fuit, mihi quidem ſchedulâ quadam exhibitum, ſed nolui adhuc ad Te ablegare, antequam Mss. ejus locupletaretur. Interea hacce epiſtola indicem Codicum Bibliothecæ *meæ fratrumque meorum* includam, non quod dignum per omnia exiſtimarem qui tam illuſtri Operi inſereretur, ſed qui in promiſſis fidem meam, meum vero ergo Te amorem

Digitized by Google

abunde ſignificaret. Quæ præcipua nuper in Antiquitatibus noſtris edita ſunt, apud Eminentiſſimum Epiſcopum D. More videre potes, cùm nuper ea per Legatum Veſtrum Robinſonium ipſi miſerim; ſcireque deſiderem an recte in manus ejus cum literis meis pervenerint. Quod ad libellum iſtum Runicum à me in Latinam tranſlatum attinet, ſcias oportet Nob. Peringskioldium illum æri incidi curaſſe, iiſdem plane literis & apicibus, eodem modo ac ordine atque in MSS habetur, illiuſque exemplar Tibi promiſiſſe; verum ſi ille dictis haud ſteterit, videbo ipſe, ut quamprimum vis, ad fratris mei Beati Petri Salani adcuratiſſimam exſcriptionem, Runica Halpapianâ meamque verſionem examinem, examinatamque & emendatam Tibi, Vir Præclariſſime, expediam. Nec deſiſtam Cl. Arnæ Magnæo ſtimulos admovere ut deſideria veſtra adimpleat, ſi vis etiam Stadæ Secretarium Regium Didericum Vonſtade Antiquarium inſignem meis literis excitem ad ea communicanda quæ ad Germanicas Antiquitates conferre poſſunt. Hæc ſunt, quæ promittere Deoque benedicente præſtare poſſum.----

Domino HICKESIO,

S. Pl. D. JONAS N. SALANUS. *Hafniæ* D. 28. *Jan.* 1699.

----Hafniam vero vix adpuli quum Cl. Wormium Paſtorem ad ædem S. Nicolai conſtitutum adirem, Tuo nomine Salutarem, oſtenſiſque libri Tui propoſitionibus admonerem, operam Tibi in perficiendis MSS. ſuorum catalogis commodaret ſuam; cujus quidem ſpem mihi non demſit omnem. verùm cum munere eccleſiaſtico aliiſque occupationibus diſtringatur prematurque valde, vereor ut ea adcuratione celeritateque, ut decet, hoc procurare poſſit quod deſideras. Quapropter mearum partium eſſe duxi, alium Tuo propoſito magis aptum inveſtigare. Inveni tandem ſingulari fortuna Virum Clariſſimum, Arnam Magnæum Iſlandum, qui Lipſiæ nuper edidit incerti auctoris Chronica Danorum, & longe plura in hiſce quam omnes reliqui præſtare valet. Is tuis egregiis conatibus à me declaratis quam maxime delectatus eſt, oſtendebatque ſe haud detrectaturum Catalogos iſtos inſignibus acceſſionibus locupletare, aliaque ſuggerere ad Antiquitates iſtas ſpectantia, modo de voluntate Tua certus eſſe queat, accipiatque exemplar prioris editionis quod in hiſce Bibliopoliis amplius haberi nequit. Quapropter, ſi percupis hic loci habere quem adjutorem fautoremque tuorum operum, vix deprehendes alium qui magis polleat antiquarum linguarum notitia, majorique MSS. copia, ingenio, doctoque otio abundet, & ſi ipſum Tuis literis compellare digneris, Tuis officiis promptiorem paratioremque. - - - - -

Doctori GEORGIO HICKESIO Suo

S. Pl. impertit JONAS N. SALANUS.

------Nam quicquid expetis in Archivo Regio, puto Te propediem habiturum benevolentia Nob. Peringskioldii, qui dudum MS. illud Runicum æri impreſſum, Hiſtoriamque Theodorici, aliaque Ampliſſimo Ablegato R. Britanniæ Robinſonio tradidit mittenda; cui ſi per literas Te illa excepiſſe ſignificaveris, habebis illum ad alia communicanda promtiorem. Magnum illud Antiquitatum noſtrarum columen Celeb. Olaus Rudbeckius Tibimetipſi aliiſque doctis Anglis multa ſalute dicta, indicem ſuorum MSS. & aliorum apud ſe typis commiſſorum, hic incluſum tranſmiſit. Præclariſſimus Conſultiſſimuſque ille Juris patrii in Academia Upſalenſi Profeſſor Carolus Lundius, nuper literis ſuis mihi expoſuit, quidquid Codicum apud ſe ſit, ex Notis & Prolegomenis ad Leges Uplandicas nuper Upſaliæ editis, ſatis colligi poſſe, ibique inſtituiſſe collationem Legum Græcarum, præſertim Atticarum cum Gothicis antiquiſſimis; quare etiam librum iſtum meis ſumptibus paratum ut quantocyus accipias curabo; nec abnuam, quin illum excellentiſſimo Epiſcopo Moro oſtendas, officioſiſſimeque meo nomine ſalutato nuncies, me iſtum tractatum aliaque à doctis noſtris nuper edita, miſſurum ſi expetat. Promiſit etiam ille doctiſſimus noſter, ſe mox Weſtrogothianis Legibus lacunas Stiernhelmianæ editionis ſupplere velle, & præterea fragmentum Vigeri Spa cum notis, & Agapeti ſecundi Pontificis confirmationem prærogativæ Regis Upſalenſis, & Compoſitionem inter Amundum Upſal. Conregem & Sueinottum Proregem Daciæ ſuis ſuorumque parentum nominibus, docto Mundo exhibiturum; necnon Origines Italicas ad modum doctiſſimi Ferrarii conſcriptas; quibus plurimas voces non ex Latinis rivis, ſed Gothicis fontibus eſſe arceſſendas docebit. A Clar. Aſſeſſore Collegii Antiquitatum Brennero ſuæ Bibliothecæ MSS. catalogos expectes, quod haud leve momentum tuis rebus adferet. Utinam aliquo pacto poſſes Tibi conciliare Illuſtriſſimum Oliwenrantzium necnon Nobiliſſimum Sparwenfeldium, viros cum doctrina & uſu multo inſtructiſſimos, tum omnigena MSS. copia abundantes. Horum poſterioris beneficio ſingulari, beatæ memoriæ frater meus Petrus Salan quædam mutuo accepit, ut Pelagii Regis de Gothico Sanguine deſcendentis hiſtoriam Hiſpanice ſcriptam, & multa Græca Nicephori, Blemidis, Palladii, & Nili Metropolitæ Rhodii, Geographiam veterem & Hiſtoriam ſpectantia: quo benevolentiæ ſpecimine adductus credam, Viros ſummos Votis Tuis haud refragaturos, modo de inſtituto Tuo bene edocerentur: quod ſi ipſe per alios efficere nequeas, poſt menſem unum alterumve Holmiam proficiſcar, videboque ut præſens in Tua honeſtiſſima deſideria illos alioſque impellere queam. Jam fratri meo Holmiæ degenti in mandatis dedi, ut quæcunque Beati Petri Salani typis noſtris edita, per Illuſtrem Legatum Veſtrum Robinſonium Tibi curaret, nempe Hiſtoriam Egilli & Aſmundi cum notis, & Diſſertationes ejuſdem, pro aſſerendis Gothorum veris ſedibus unam, & alteram de Ægeria Nympha; cujus poſthumam Hiſtoriam Ulfonis Uggarſonii cum verſione & notis quibuſdam fere perfectam penes me ſervo, tamdiu atque melioribus noſtris temporibus in publicum provolare poſſit, necnon alium tractatum de Coloniis Septentrionalium in Americam dudum ante Americum miſſis reliquit, quæ forte Catalogo Codicum meorum, ſivis, adjicere potes. Alia equidem ipſe fratreſque mei adoleſcentiæ annis evulgavimus ſub titulo diſputationum; ipſe quidem de aurea ætate & πεντάρχια Monarchiæ. Frater Nicolaus Salanus de Gladio Scythico. Joannes vero juridicam habuit de modis convincendi reum. Quæ tamen linguam noſtram non adeo, quam Antiquitates quaſdam noſtras illuſtrant, & alioqui nævis ſuis non carent, quas maturior ætas facile abſtergere poteſt. In Catalogo illo meo, ſi quid irrepſerit, quod non ad Antiquitates pertinet, ejicias quæſo, ut ſi in libro illo miſcellaneo in folio, inſertæ quædam literæ de miniſtris An. 1696. in Americam miſſis, extant. Addes autem Snorronis Sturlæ Eddæ à B. Rugmanno reviſæ clavem rythmicam Lopti Gutormi filii & comitis Roynwaldi; corriges etiam in alio volumine Bronaſoſtra Saga in Inglinga Saga; adjicies veteri codici, cum titulo til minnes

Digitized by Google

nes ſive memoriali, eſſe liturgicum; & Regis Stuarti Mortis Hiſtoriam, tranſlatam eſſe ex Anglicano in Belgicum & dein Germanicum per Einarum Gudmundi filium An. 1651. impreſſum verò alterum Amſtelodami à Joachimo Noſche *i.e.* Saſſysku Bibl. An. 1649. Cum nuper Doctiſſimus Clariſſimuſque Collega Ol. Rabenius, de codice quodam qui olim in Gymnaſio noſtro aſſervatus ſit, mihi longam dederit narrationem; illam Tecum, Amiciſſime Vir, communicare haud veritus ſum; quantumvis enim non niſi excerpta ejus conſervaverit ille doctiſſimus noſter amicus, nihilominus haud indignum judicavi mentionem ejus facere, præſertim cum codex ille de regione quadam, ſi non plane ficta, certe Norvagica vel Anglicana, Surfila & Nurfila, loquatur, ejuſque inſignibus locorum nominibus; quæ materiam veſtris aliiſque antiquariis dabit inveſtigandi in ejus libri auctorem regionemque. Huic adjicere placuit Homiliarum Monachalium librum, cum duabus excerptis hiſtoriis ad melius codicem dignoſcendum & noſtram linguam intelligendam, ut ante trecentos fere annos fuit. Quod Runicam iſtam attinet Hiſtoriam, ſi Nob. Peringskiold exemplar æri inciſum ablegarit, exinde optime emendare potes Halpapianam editionem & noſtram verſionem, ita tamen ut in reliquis meam ſeryes ejuſque diſtinctionem in paragraphos & capita, ſi ita Tibi conſultum videatur. - - - - - -

GEORGIO HICKESIO,

JONAS N. SALANUS *S.Pl.D.*

- - - - - Haud equidem prætermiſi omnem movere lapidem de Catalogis Tibi communicandis, expectatio tamen diuturna promiſſorum ab amicis indicum fecit ut in diem epiſtolam mittere differrem, veritus ut vacua & inanis Te offenderet magis quam exhilararet. Tandem ulterioris moræ impatiens literas meas Rudbeckiano tantum indice & aliis levioribus monumentis inſtructas, non quidem cum tabellario publico, utpote juſto graviores nec per Magnæ Britanniæ Regis Procuratorem Robinſonium, quippe qui eodem tempore in Scania abfuerat; ſed cum Conſulis veſtri, Holmiæ reſidentis, Domini Cutleri filia, Londinum proximo Autumno, petente tranſmiſi, quas multo temporis & itineris circuitu feſſas in ſinum tuum jam anhelaſſe auguror. Velim, Hickeſi, ſic ſemper exiſtimes, cum Deo ducente addicenteque Tibi prodeſſe datum ſit, me nullis ſuperſedere laboribus, ſtudiis, impenſiſque, quibus deſideria Tua honeſta promoveantur, opuſque Tuum exornetur, illuſtretur. Dignus enim es Tua eruditione & in literas Arctoas animi propenſione, ut etiam ultimi Septentrionalium noſtri impenſe Tibi faveant & vicinos ſuos Danos Germanoſque ſtudiis ſuis in Te colendo, ſi non ſuperent tamen adæquent. Nam Nob. Peringskiold, cum nuper Epiſtola Tua illum honoraveris, haudquaquam reliqua denegaturus eſt. Alias ſi moras ipſe necteret, editum illum editarum vel mox edendarum Antiquitatum noſtrarum iudicem, An. ſc. 1690. tibi quam ociſſime per Ampl. Robinſonium procurabo, ut interea temporis præſtantiſſimam rerum noſtrarum partem accipias; reliqua dein adjicies facile. Cl. Brenneri Aſſeſſoris Collegii Antiq. Catalogos promiſſos hic forte inſertos adipiſceris. Si quid aliud in privatis Bibliothecis vel Illuſtriſſ. Olivencrantzii vel Nob. Sparwenſeldii ſit, quod vel ad communes vel ſingulares antiq. pertinet, videbo num per affinem Dominum Gabrielem Pontinum vel fratrem Dominum Johannem Salanum, id expiſcari queam. Literas etiam Aboam ad amicum veterem Cl. Torſten Rudeen, Profeſſorem Regium, mox dabo, perrequiſiturus an ibi quid MSS. aut in Antiquitatibus impreſſorum habeatur. Academia Dorpatenſis, nuper Pernaviam tranſlata, Londinenſiſque hoſtibus ſæpius vexata, haud multum ejuſmodi divitiarum jactare poſſunt, ut opinor, nec facile amicum in illis locis invenerim, quem de hiſce ſollicitare queam. Nec credo Grypſwaldiæ quidpiam reconditum vel in lucem productum quo Tuum ſplendidiſſimum Opus inſigniri poſſit; ſi quid ſit, id melius Thwaitius noſter per Cl. Palthenium explorabit. Upſalienſis verò Bibliotheca, præter illud Teſtamentum De la Gardianum tuæ Editioni priori inſertum, haud multum oſtendet; ſed ſi quid additum, hucuſque cognoſcere haud valui. - - - - - -

Doctori GEORGIO HICKESIO

S.P.D. JONAS N. SALANUS. *Aroſiæ, 22. Sept.* 1701.

- - - - - Profecto tot meis epiſtolis itinereque nuper Holmiam inſtituto nihil aliud Tibi, Celeberrime Doctor, acquirere valui quam Catalogum laborum Aſſeſſoris Eliæ Brenneri, alia occaſione propter Holmiam literatam à Germano quodam edendam conſcriptum, quem nunc multa cum ſalutatione hic incluſum tranſmittere meo ſuaſu non dubitavit, ut ſi totum illum tuo præclaro operi inſerere graveris, ſaltem præcipua excerperes auctoris: quantumvis is ſit, qui cum conjuge ſua literarum decore apud noſtros præſtantiſſimo, multum Antiquitatum & elegantiarum notitia celebretur. Eſt etiam alius Brennerus Patruelis, ingenio & linguarum multarum ſcientia celebris, amicus olim meus ſuaviſſimus, qui in Perſiam cum Legato noſtro ivit, ibique linguæ Perſicæ & Orientalium redditus adeo eſt gnarus, ut à Perſis ipſis eligeretur ad Legationem ſuam in Muſcoviam dirigendam, ubi jam captivum cum Perſicis Legatis detineri ob Muſcoviticos in Perſia retentos, fama eſt. Cæterum quam egregia multa in Hiſtoria & antiquitatibus animo volutarit ſcribenda, ex Epiſtola ejus ad Patruum miſſa patet, quæ novis illis Maris Balthici inſerta eſt. Multa certe MSS. ſibi comparavit, Arabica præcipue, quorum partem in Sueciam tranſmiſſam indicarem, ſi ad ſtudium Sept. Antiq. recte pertinerent. Spero Te, Amiciſſime Domine Doctor, quæ miſi mea fratrumque ſcripta necnon Celeb. Lundii in Upland. Leges Commentarium dudum accepiſſe. Nobil. Peringskioldum præcipua Collegii Antiquitatum ad Te ablegaſſe comperi. Nec Holmiæ propter Ferias æſtivas Perilluſtrem Dominum Oliwencrantium invenire datum erat; cæterum ex Beati Fratris P. S. indiculo quodam excerpſi quæ olim apud Nob. Sparvenfeld viderat MSS. nobiliora & ad Antiquitatum lucem facientia, eaque ut cæteris jungas, ſi vis, non ſuadeo ſed permitto. Reſtant alia ex Bibliothecis quibuſdam publicis privatiſque adhuc expectanda, quæ ſi tanti videntur momenti, perfecto Tuo operi additamenti loco adjungenda ſunt, ne propterea in Tuo libro perficiendo hæreas moraſque nectas. Nihil diligentiæ, operæ, laboriſque omiſi in hiſce conquirendis Catalogis, neſcio tamen quodnam ſeſe ſemper objecerit fatum quominus tam cito & omnes expedire potuerim; certe quicquid moræ, haud mihi juſte imputari, certus ſcio. - - - - - -

Digitized by Google

